POTENTISSIMO FELICISSIMOQVE

Principi ac Domino, D. Auguſto, Duci Saxoniæ, Sacri Rom. Imp. Archimarſchalco & Electori, Lantgrauio Turingiæ, Marchioni Miſniæ, Burggrauio Magdeburgenſi, &c. Domino ſuo clementiſsimo,

Simon Simonius
S. P. D.

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA

D*Vm in celeberrima Academia tua Lipſenſe (Auguſte Princeps feliciſsime) Profeſſor à te ipſo conſtitutus, tuaq; ipſius liberalitate ſuſtentatus, Dialectica, Phyſica, Moraliaq; Ariſtotelis, & Medica Hippocratis atq; Galeni decreta Saxonicæ iuuentuti explico, factum eſt, vt cum in quadam di-*

276

ſputatione, nonnulla de Nobilitate ad materiam tum mihi propoſitam pertinentia obiter attigiſſem, Nobiles & honeſti aliquot Studioſi, primùm mirati ſint, ea de re tot ac tam naturæ congruentia, ex Ariſtotelis doctrina potuiſſe proferri: deinde veritatis amore impulſi, obnixè me orarint, vt quidquid diuinus ille Philoſophus, de Nobilitate ſenſiſſet, uel dixiſſet uſquam, id eis peculiari aliqua diſputatione, ordine, methodoq; decenti planum facere, ac demonſtrare non grauarer: atq; (fortaſſe ut ad eam rem procliuiorem me redderent) ultro faßi ſint, ſe ualde pauca ex Ariſtotele, primùm in rhetoricis, deinde in exiguis quibuſdam & mendoſis fragmentis, quæ apud Stobæum leguntur, de toto iſto argumento diſcere potuiſſe: alibi propè nihil habuiſſe: prætereà uerò quaſi conqueſti, aliquot ex ijs qui hactenus de Nobilitate inſ[illegible] a v[illegible] conſcripſerunt, neq; nomen ipſum ſatis d[illegible] poſuiſſe, neq; de ipſa rei natura magnopere laboraſſe. ſed in a[illegible] tis duntaxat & communioribus quibuſdam præceptis magna verborum pompa ſplendidoq; exemplorum apparatu amplificandis, magis occupatos fuiſſe: alios autem rei, quidem ipſi hæſiſſe, confuſe tamen, & quaſi hæſitanter, dixiſſe pa[illegible] quare declaraſſe omnia. Quibus ego uiciſſim reſpondi, Ariſtotelem longè adhuc plura de Nobilitate, quàm quæ obiter ego attigiſſem, in ijs quos ab eo nunc habemus legitimos libros, reliquiſſe ſcripta: ac tot, ut plura à Politico Philoſopho, non ex foro, ſed in ſchola uerſante, nemo debeat uel etiam poſſet amplius expectare: atq; in ſumma, nullum eſſe argumentum, uel

mihi-

metaphyſicum, uel phyſicum, uel mo[illegible] uel [illegible] de quo ab ipſo vno non fuerit appoſitiſſimè, exquiſitiſſimè, (pro materiæ ſubiectæ conditione) perfectiſſimè, ueriſſimeq́ diſputatum: quod autem multis (nõ de iſtis loquor qui nugis & compendiolis quibuſdam, totam ſuam vitam miſerrimè conſumunt, tales enim ne uel de ſyllaba tanti Philoſophi iudicium ferre queunt, ſed de ijs qui animi dignioris & ſublimioris impulſu, longeq́ meliore nec non toti Reip. litteratorum utiliore conſilió, dies noctesq́ in ſcriptis eius uerſantur) aliter uideatur, mirum non eſſe. Quanquam enim Authorum omnium antiquorum, & eorum præſertim, quibus ob plurimarum maximarumq́ rerum cognitionem ſibi comparatam, & ingenij dexteritatem quandam innatam, nihil magnum, nihil difficile ad intelligendum uideri ſoleret, mos fuerit, rerum doctrinas non ſemper expreſſè proponere, ſed nonnunquam ſignificare duntaxat (quod ipſum Socrates [a] quoq́ apud Platonem dicere uoluit, cum de ratione rectè imponendi vocabula intelligere cupientes, ad Homerum, qui nuſquam tamen de nominum impoſitione ſcripſiſſe quicquam uideretur, obijciente etiam id, ac mirante Hermogene, reuocaret) Ariſtoteli tamen hæc familiariſſimum eſt, breuiſſimè dicere, artificioſiſſimè tamen, & quaſi per nutus ac ſigna (vt [b] Galenus quoq́ de ipſo teſtatus eſt) exprimere multa, neq́ ſe uno in loco ſemper, ſed aliq[illegible] in pluribus declarare: nihil tamen [illegible] fruſtra, vt qui non fuerit men-

[a] *In Cratylo.*

[b] *In lib. de ſophiſ. in uoce conting. c. 1.*

rit [c] mentiendi ſtudioſus, proferre: Accurata igitur & diligenti, multotiesq; repetita lectione Scriptorum eius omnium opus eſſe, ſi quis de illius ſententia iudicium ferre, atq; ex eius doctrina, de propoſitis quibusq; & quantumuis etiam nobilibus grauibusq; in omni diſciplina quæſtionibus diſputare ſe poſſe, verumq; aſſequi & cognoſcere cupiat: Ac tum etiam, ſeruandum [d] Galeni præceptum de operibus Hippocratis aduerſus Theſſalum, ne uidelicet tanti viri ſcripta, ſine præceptore, & bono præceptore legantur. Quod autem à me petebant, id quia denegare iuſtè non poteram, facturum me promiſi: Paulò poſt igitur, quindecim continuis prælectionibus, de tota re ex Ariſtotelis diſciplina diſputaui. Nam & proprietatem nominis prout apud omnes communiter uſurpatur, ante omnia expoſui, & ſtudui deinceps quantum potui, ut veritatem ipſam ac naturam rei, ſublatis etiam omnibus dubitationibus, & quibuſdam alijs præcipuæ diſputationi noſtræ annexis, & non contemnendis quæſtionibus propoſitis, atq; deciſis, claré apertèq; intueri vnuſquiſq; poſſet. Hoc itaq; modo, ſatis petitioni deſiderioq; amicorum feciſſe me arbitrabar.

[c] *Gal. 1. de plac. Hipp. cap. 10.*

[d] *1. meth. medendi cap. 2.*

Sed ecce, non multò poſt redeunt ijdem, & ueniunt alij, multùm ſæpeq; rogantes, vt quæ ipſi audiuiſſent, atq; ex publicis meis prælectionibus collegiſſent, verùm ut in illa ſcribendi feſtinatione accidit, mutilatè, ac fortaſſe etiam non ſatis ijs

quæ

quæ ego dixeram congruenter, à me ipſo digeſta, & in commentariolum aliquod breue relata, in lucem proferrem, ſtudioſisq́; omnibus communicarem. Quid pluribus? & id quoq; facturum me, recepi: Et quæ cauſſa fuit, quamobrem recuſare debuiſſem? Nam quòd multi ante me de Nobilitate ſcripſerint, id nihil eſt, ſi non eadem, eodemq́; modo ſcripſerint: Velle autem ſemper, vt in nonum annum ſcripta premantur, ambitioſi hominis potius eſt, atq; eius qui propriæ ſtudeat gloriæ, quàm honeſtum, & Reip. literariæ vtilitati conſulentis. Quid enim interim cum ijs agitur, qui minus intelligunt, & quorum diſciplina nobis eſt à Deo commiſſa? De cætero, ampliſſimus eſt Philoſophiæ campus, in quem uel ut Imperator, vel ut Tribunus, vel ut Centurio, aut etiam priuatus miles, certaturus deſcendas, tuo functum eſſe munere, atq; in eo præclaram tuam voluntatem oſtendiſſe, honeſtum laudabileq́; ſatis eſt. Ariſtoteles e ijs etiam, qui non planè rectè de phyſicis ſcripſerunt, haberi voluit gratias, atq; eo præſertim nomine, quòd ingenium poſteriorum excitarint exacuerintq́. Porrò cenſuras doctiorum uereri, eſt hominis, qui doceri nolit & admoneri, qui veritatis diſcendæ cupidus non ſit. Suggillationes autem indoctorum & plebeiorum hominum, calumniasq́; inuidorum & maleuolorum, emendes quantumuis ſcripta tua, nunquam uitabis: Sed tales ſpernere, magnanimi & prudentis viri eſt. Omnino itaq;, ingenuum ac liberale iudicatur, nulla in re uel magna uel par-

[e] 2.metaph. cap.1.

uel parua ſinere ſuum deſiderari officium, & cum aliquo etiam propriæ neſcio cuius gloriolæ periculo, quamprimùm poßis, & quæcunq; poßis, in communem uſum promptè proferre. Sic igitur ſublatis omnibus tergiuerſandi occaſionibus, & victus flagitantium æquitate, quanquam ſatis occupatus, quibuſdam alijs longè grauioribus maioribusq; commentarijs adornandis eſſem, atq; adhuc me eſſe oporteat, quibus nempe cum aliquot alia, tum uerò inprimis analytica tantæ utilitatis tantæq; neceßitatis præcepta ab Ariſtotele paulò obſcurius tradita illuſtrentur, & à quorũdam noſtri ſeculi philoſophantium ſophiſmatis erroribusq; purgentur, longius tamen rem promiſſam differre nolui. Quapropter, digeßi ſtatim totam de Nobilitate diſputationem habitam, in quindecim capita: Ordinem inter ipſa naturæ rei cõuenientem ſtatui: Methodo uſus ſum materiæ ſubiectæ accommodata: Oratione humili Philoſophis a uſitata & grata, expreßi omnia: nullam dicendi pompam affectaui: nullum fucum rhetoricum adhibui: citaui diſputando commentarium de Habitibus Mentis, & alterum de Virtutibus, qui iamdiu ſunt apud me, & ſtatim (Deo uolente) poſt hunc libellum cum alijs nonnullis opuſculis exibunt: Titulum toti diſputationi feci, de vera Nobilitate: eam enim eſſe ueram cenſeo, quam nobis deſcripſit Ariſtoteles, & quam communiter intelligi ab omnibus uideo, cum Nobilem appellant quempiam: reliquas ab ijs excogitatas fuiſſe, qui uel Nobilibus inuident, uel ignobilibus adulantur, certo certius paulò pòſt à nobis fiet.

[a] *Syneſ. initiò lib. de Reg.*

Cur

Cur autem in tuo Illuſtriſsimo nomine (Magnificentiſsime Princeps) hoc opuſculum apparere uoluerim, cauſſam quis à me requirat, qui ob tuam erga me Clementiam liberalitatemq́ me totum omniaq́ mea, tibi neceſſariò iam pridem tradidi atq; addixi? qui maieſtatem iſtam tuam ſumma pietate colo? qui de tuis maximis virtutibus nullum facio cogitandi finem? qui à tui unius benignitate habui, vt annis his tribus, quibus Celſitudini tuæ ſeruiui, & hæc & multa alia commentari potuerim? qui præponere huic libello nomen illius uolui, in cuius familiam & perſonam intuentes alij, uiuum ipſum exemplar, atq; expreſſam ueriſsimæ, antiquiſsimæ, ſolidiſsimæq́ Nobilitatis ac Generoſitatis imaginem poſſent agnoſcere? Officij itaq; iſtius mei, certiſsima iuſtiſsimaq́ ratio adeſt. Rectius obijciet quiſpiam, Excelſitatis tuæ merita, huius uerò commentarioli indignitatem. Illa enim quis comprehendere, nedum referenda gratia æquare unquam poſſit? Omnino ut Illuſtriſsima præcellentiſsimaq; familia tua, illa iudicata iam eſt, in qua ſolida gloria ſtabiliſsimum domicilium per plurima ſecula ſemper habuerit, ita tot tantorumq; in ea Principum Generoſiſsimorum maxima ampliſsimaq; merita, omnia ſimul in te uno reſurrexiſſe uidentur: atq; hodie, omnium hominum uerè & incorruptè iudicantium conſenſu, ea eſt Auguſti Electoris Saxoniæ maieſtas dignitaſq;, vt iam ſuperior omni laude atq; honore Princeps, & quaſi ætatis noſtræ miraculum, ipſe unus habeatur. Nec immeritò: (ita me Deus amet, vt quod ſentio & quod infiniti alij

niti alij boni ſentiunt, liberè ac ſine ullo fuco aſſentationis dico) Nam ut illa taceam, quibus cum quocunq; uel Principe uel Rege comparari digniſſimus es, te nempe æquiſſimis ſemper legibus populos tuos texiſſe, eodemq; exemplo tuo, ad omne virtutis pietatisq; munus religioſiſſimè inſtituiſſe, id vnum quod tuarum omnium diuinarum uirtutum egregium, & uerè Regium teſtimonium afferę, & quod celebrari nunquam ſatis poterit, hoc loco attingam: Te uidelicet Principem alioquin per te ſapientiſſimum ingenioſiſſimumq;, ut per omne imperij tui tempus, rerum omnium cum in natura, tum in arte atq; in hominum vita admirabiliorum ſapientiâ magis abundares, doctiſſimos & excellentiſſimos quoſq; apud Te habere, prudentiſſimos tibi adhibere in conſilium ſemper uoluiſſe: vt uel hoc ſolo nomine aula tua (Maxime Princeps) cuiuſuis totius orbis terrarum Principis, aulæ præponderet. Mittam nunc alios: de ijs dicam quorum conſilia in adminiſtratione Reip. tuæ ſoles audire. Rariſſimi & fortaſſe nulli hodie in terris uiuunt, qui (ut tot alios eodem nomine, omni laude dignos, quibus Regia tua undiq; ſepta eſt, nunc taceam) cum Nobiliſſimo Generoſiſſimoq; viro Iohanne à Ponika, Doctore Georgio Cracouio, Doct. Hieronymo Kiſuuettero Cancellario intimis Conſiliarijs tuis, cum Nobiliſſimis duobus viris Abrahamo Bock Aulæ Magiſtro, & Iohanne à Berneſtein, vel cum Doct. Laurentio Lindemanno, tuis quoq; chariſſimis Conſiliarijs, quorum omnium & ſingulorum amplitudo, cum ſumma ſapientia, probitate inſigni, prudentia admi-

admirabili coniuncta eſt, conferri queant. Pauciſſimi item ſunt, qui cum Iohanne Ienitzio, & Valerio Cracouio ſecretarijs tuis præcipuis, magna rerum omnium intelligentia, excellenti virtute, ſummo ingenio iudicioq́ præditis comparandi ſint. Huc illud accedit, quòd ut toti ditioni tuæ omnia compararentur, quæ ad benè beatèq́ uiuendum pertinent, tot Doctores Profeſſoresq́ excellentium quarumuis diſciplinarum (à quibus omnia fermè in homines bona proficiſcuntur) à duabus celeberrimis Academijs tuis Lipſenſi Vuitebergiq́ ali uolueris, vt plures & in omni re qua aliqua doctrinæ laude contineatur excellentiores, tu vnus in tuis habeas Gymnaſijs, quàm tota reliqua Germania in ſuis omnibus. Quæ enim & quanta Nobilis Doct. Ioachimi à Beuſt, Doct. Michaëlis Teuberi, Doct. Matthæi VVeſembecij præſtantiſſimorum Iureconſultorum VVitebergenſium eruditio? quæ & quanta Doct. Gaſparis Peuceri Medici ac Philoſophi eximij, cum incredibili probitate omnibusq́ benefaciendi perpetuo ſtudio coniuncta, dignitas eſt? quæ quantaq́ Eſromi Rudingeri in omni genere litterarum exercitatiſſimi, excellentia? In hac uerò Academia noſtra, præter alios multos optimos fidiſſimosq́ vtriusq́ Iuris interpretes, Doctoris Iohannis Meier Iureconſulti, integerrimæ uitæ, atq́ inſignis humanitatis viri, doctrinam maximam, omnium hominum conſcientia ſermoq́ teſtatur: Sed vnus pro omnibus, Doct. Iacobus Tomingius Ordinarius Iureconſultus, excellentiſſima doctrina, virtute, comitate vitæ, & neſcio qua in bonos ac doctos omnes præſer-

tim

tim uerò peregrinos benefica propēſione ſua, ita lucet, ut multorum ex doctioribus iudicio, pauci in Germania atq; extra Germaniam eius profeſsionis hodie ſint, qui cum illo conferri poſſint. Et Gaſpar Neuius Medicinæ Doct. atq; Profeſſor, Doctoris Iohannis Neuij Archiatri tui, ſummæ doctrinæ maximæq; virtutis nomine laudatiſsimi, reuerendiſsimiq; ſenis frater, inter alios huius Gymnaſij Medicos excellentes, ita eminet, ut omnibus & quos docet, & quos curat ſit acceptiſsimus. Ioachimi uerò Camerarij magnam linguarum, & multiplicem rerum cognitionem multi iampridem admirati ſunt, atq; adhuc etiam non immeritò admirantur.

Tot (inquam) tantosq; Viros in Academijs tuis, (Magnanime Auguſte) tot tantosq; apud te, & quidem charos habes, nec non ampliſsimis ornas honoribus: Vt iure tu vnus hodie litterarum ac litteratorum omnium, virtuteq; & ingenio præſtantium virorum hoſpitium, præſidium, & refugium habearis: Vt non immeritò etiam, omnes omnium nationum boni doctiq;, feliciſsimo nomine tuo audito, lætentur, atq; exultent, teq; digniſsimum iudicent, in quem Deus ipſe quaſi meritorum tuorum magnitudinem teſtans, omnem ſuam benignitatem poteſtatemq; oſtenderit. Imperium latè patens innumerabilium auorum tuorum Principum Generoſiſsimorum, inuictiſsimiq; Mauritij fratris virtute, auctum finibus, maieſtateq;, à Te acceptum, conſeruatum, optimisq; artibus amplificatum: deuicti hoſtes, & fugati: pacatum

ubiq;

ubiq; ac tranquillum Regnum: & quod maximum eſt, amor, obſeruantia, promptiſsimaq; obœdientia ſubditorum omnium: ex Regiæ proſapiæ Coniuge omnium ſanctiſsima prudentiſsimaq; liberi dignitate formæ, ingenijq; magnitudine, tua ipſius vota æquantes, ſuſcepti: primogenita filia, Magnanimo, Fortiſsimoq; Principi, Duci Bauariæ Caſimiro Palatino collocata: Quid amplius ad ſummam perfectamq; felicitatem, uel potius ad immortalem penè conditionem deſideratur?

Quo in loco, eouſq; etiam prouehit me, mea in tuam Excelſitatem Pietas, ut ego quoq; ſeruus tuus gratulari tibi, imò uerò toti tuæ ditioni, imò toti Germaniæ de CHRISTIANO Principe filio tuo nato Electore, audeam: Qui in iſto etiam pueritiæ flore, uerè Auguſti animum in fronte gerens, ampliſsima diuiniſsimaq; ſua futura merita pollicetur. O ter beata proles, tantis digna parentibus: O ter beata Reſp. quæ tantæ prolis principatu regetur. Habet autem domeſtica eaq; illuſtriſsima multarum ætatum, &, quod ſatis eſt, patris ipſius exempla, quæ imitetur: habet etiam quem audiat, Doct. Paulum Vogelium Iureconſultum, optimum, prudentiſsimumq;, nec non omnibus diſciplinis libero homine dignis ornatiſsimum, ſuæ Celſitudinis educationi, inſtitutioniq;, ſapientiſsimo conſilio tuo præfectum: Sic Alexander ille quoq;, Macedonum (inquam) Rex, cognomine magnus, non ab alio quàm ab Ariſtotele, eruditus, ac præceptis morum diſciplinarumq; à prima ætate

formatus, Philippi patris voluntate fuit. In pari itaq; (vt ea quæ pietatis ſunt, in præſentia mittam) auitæ gloriæ ſtimulo, naturæ bonitate, parētum ſpe, educationis & inſtitutionis conditione, quis non ſperet, parem atq; etiam maiorem fortunæ proſperitatem in augendo imperio, CHRISTIANVM Principem, Chriſtianiſsimi Principis Auguſti Ducis Saxoniæ atq; Electoris filium, conſequuturum?

Hæc igitur atq; alia merita tua (Auguſtiſsime Princeps) quia infinita ſunt, quis enumerabit? quia diuina, quis æſtimare vnquam, ne dum æquare ſatis poterit? Reſtat, vt liberè fateamur, hoc noſtrum munuſculum, cum ex ſua, tum uerò multo magis ex tua dignitate ſpectatum, perexiguum eſſe, viliſsimum, tenuiſsimumq;: Et quis neget? Attamen DEO ipſi immortali, optimo, maximoq; totius huius Vniuerſitatis Monarchæ, nos homines ſacra facimus, vota offerimus, laudes canimus, quæ ipſe ſuper omnes Clementiſsimus, non modo chara habet, ſed etiam quantulacunq; ſint ſibi offerri ultro benigniſsimus petit. Neq; iſta nunc alio nomine dedicantur Tibi, quàm ut grati obſeruantiſsimiq; ſerui animum, quaſi arrha quadam declarem, quæ me non modò non liberet à debito, ſed obſtrictiorem etiam reddat: facere namq; vnà fidem uult debiti, quod eſt propè infinitum. Quicquid igitur dem, nunquam ſatis erit. Hoc certum eſt: Sed & illud quoq; certiſsimum: Magnanimum Auguſtum pro Clementia virtuteq; ſua, ſatis ſibi eſſe factum

putatu-

putaturum, quia bonorum omnium uel præſentium uel futurorum poſſeſſione cum ſoluendo non ſim, libentiſsimè cedam. Spem habeo aliquam in temporis interuallo: & liberalitas tua efficiet, vt multò plura maioraq; iam à me cœpta, & ex parte abſoluta, nomini tuo Auguſtiſsimo dicare poſsim. Nunc quando maiora non habeo, his quantuliſcunq; ne quæſo (Princeps humaniſsime) offendaris: Sed faueas potius (vt cœpiſti) meæ induſtriæ diligentiæq; quam in optimis rectiſsimisq; Philoſophiæ Ariſtotelicæ ac Medicinæ Hippocraticæ ſtudijs non mediocrem, per omne meum vitæ tempus poſui: meq; ut antehac, ita deinceps commendatiſsimum pro tua ſumma Clementia uelis habere. Viuat Excelſitas tua diutiſsimè feliciſsimeq;.

Lipſiæ Anno Chriſti

M. D. LXXII.

formatus, Philippi patris voluntate fuit. In pari itaq; (vt ea quæ pietatis ſunt, in præſentia mittam) auitæ gloriæ ſtimulo, naturæ bonitate, parẽtum ſpe, educationis & inſtitutionis conditione, quis non ſperet, parem atq; etiam maiorem fortunæ proſperitatem in augendo imperio, CHRISTIANVM Principem, Chriſtianiſsimi Principis Auguſti Ducis Saxoniæ atq; Electoris filium, conſequuturum?

Hæc igitur atq; alia merita tua (Auguſtiſsime Princeps) quia infinita ſunt, quis enumerabit? quia diuina, quis æſtimare vnquam, ne dum æquare ſatis poterit? Reſtat, vt liberè fateamur, hoc noſtrum munuſculum, cum ex ſua, tum uerò multo magis ex tua dignitate ſpectatum, perexiguum eſſe, viliſsimum, tenuiſsimumq;: Et quis neget? Attamen DEO ipſi immortali, optimo, maximoq; totius huius Vniuerſitatis Monarchæ, nos homines ſacra facimus, vota offerimus, laudes canimus, quæ ipſe ſuper omnes Clementiſsimus, non modo chara habet, ſed etiam quantulacunq; ſint ſibi offerri ultro benigniſsimus petit. Neq; iſta nunc alio nomine dedicantur Tibi, quàm ut grati obſeruantiſsimiq; ſerui animum, quaſi arrha quadam declarem, quæ me non modò non liberet à debito, ſed obſtrictiorem etiam reddat: facere nanq; vnà fidem uult debiti, quod eſt propè infinitum. Quicquid igitur dem, nunquam ſatis erit. Hoc certum eſt: Sed & illud quoq; certiſsimum: Magnanimum Auguſtum pro Clementia virtuteq; ſua, ſatis ſibi eſſe factum putatu-

putaturum, quia bonorum omnium uel præſentium uel futurorum poſſeſſione cum ſoluendo non ſim, libentiſsimè cedam. Spem habeo aliquam in temporis interuallo: & liberalitas tua efficiet, vt multò plura maioraq́ iam à me cœpta, & ex parte abſoluta, nomini tuo Auguſtiſsimo dicare poſsim. Nunc quando maiora non habeo, his quantuliſcunq́, ne quæſo (Princeps humaniſsime) offendaris: Sed faueas potius (vt cœpiſti) meæ induſtriæ diligentiæq́, quam in optimis rectiſsimisq́ Philoſophiæ Ariſtotelicæ ac Medicinæ Hippocraticæ ſtudijs non mediocrem, per omne meum vitæ tempus poſui: meq́ ut antehac, ita deinceps commendatiſsimum pro tua ſumma Clementia uelis habere. Viuat Excelſitas tua diutiſsimè feliciſsimeq́.

Lipſiæ Anno Chriſti

M. D. LXXII.

CONuerſio Græcorum, quæ in tota iſta tractatione leguntur, habetur in fine libri. Allegare autem Græca hîc uoluimus, quòd non minima totius controuerſiæ pars, in dictionibus ipſis ſita ſit. Adde, quòd non ubiꝗ benè conuerſa habentur: verſionem autem mutare ego nolui, ne eſſet qui ſuſpicaretur, maiorem emphaſin uel ſignificationem verbis latinis à me fuiſſe additam, quàm Græca ipſa ſecum afferrent.

BENIGNO LECTORI.

Vt Mendoſa hæc pauca & mutilata loca, quæ opere iam excuſo deprehenſa ſunt, priuſquam libellum legas, hoc pacto corrigas atꝗ reſtituas, etiam atꝗ etiam rogamus.

Pag. 1. lin. penult. ἐκ γενετῆς ὤν. *Pag. 3. lin. 4. pol. cap. 9. & lin. 24.* εὐγενεῖς. *Pag. 8. lin. 1.* πρῶτον, οἷον ἄνθρωπον, ἀλλὰ μὴ τῶν ἄλλων τι ζῴων: αὐτῷ. *Pag. 17. lin. 9. quam. Pag. 32. lin. ult.* δι' αὐτῶν, *Hi ſunt glorioſi,* ἢ διὰ τῶν προγόνων, ἢ ὧν αὐτοῖς μέτεσι, *Hi ſunt nobiles. Pag. 34. lin. 3.* ἀνθρώπου ἄνθρωπον. *lin. 5. pol. 4. lin. 22.* παῖδα σοφρονοῦντ' ἐπίσταμαι: χρηστοῖς θ' ὁμιλοῦντ' εὐσεβεῖν τ' ἠσκηκότα. *Pag. 39. lin. 12. pol. cap. 11. lin. 9. ſcripſit. Ad has ſane cauſſas, quas proximè recitauimus, pertinent illa Lycurgi inſtituta de procreatione liberorum, quorum Xenophon initio libri de Rep. Lacedæmoniorum meminit. Quod Pag. 59. lin. 11.* ἀλλ' ὅτι. *Pag. 61. lin. 9. ſorte. Pag. 73. lin. 4. præſtabilius? non tamen eſt ipſe Amor. lin. 19. Illud certè ſi adeſſe honos debeat, neceſſariò. Pag. 88. lin. 12. 2. Eudem. Pag. 95. lin. 1. pol cap. 7. Pag. 122 lin. 6.* οὐδὲ γαμετὴν. *Pag. 126. lin. 22. eth. cap. 9. Pag. 134. lin 11. quas. lin. 20. odioſa.*

Non dubitamus quin inſint etiam alia nonnulla, præſertim quo ad accentus, ſubdiſtinctiones & puncta. Sed ea quòd leuia ſint, ipſamet æquitas tua, corrigere poterit.

INDEX

INDEX PRÆCIPVORVM ARGVMENTORVM, QVÆ hoc libro per Capita tractantur.

Cap. I. Scopus: partes totius tractationis: ordo earundem: methodus tractandi.

Cap. II. Nobilitatem reuera eſſe aliquid; εὐφυΐα.

Cap. III. Duo ſumma rerum genera: triplex Definitionis ſpecies: Nobilitatem eſſe accidens hominis proprium.

Cap. IIII. Nobilitatis Græcum & Latinum etymon: Clarus: generoſus.

Cap. V. Quid ſit Nobilitas: Gloria: Natura parentum in filijs:

c Origo

Origo nobilitatis: variæ cauſæ cur Nobiles degenerent: Nothi.

Cap. VI. Proponuntur tres quæſtiones: Quale bonum Nobilitas: Fortuna bona & mala.

Cap. VII. Genus uerè nobile, quot fundant: Falſi nobiles.

Cap. VIII. Locus quatenus nobilitet: Barbari; eorum nobilitas; explicatur locus Ariſtotelis ex primo libro Polit. Nobiles in pagis uiuentes.

Cap. IX. Cauſſæ à quibus Nobilitas pendet: Diuitiæ: quatenus faciant ad Nobilitatem: Honos quid, quorum, quottuplex: Magiſtratus: Munera.

Cap. X. Nobilium ius in Ariſtocratia & Oligarchia: Honos ab excellentia boni alicuius:

Laus: Virtus & Scientia qua ratione honorentur, & qua laudentur: Encomium: Εὐδαιμονισμός.

Cap. X I. Sapientia quę nobilitat: Cōtemplatio præſtat actioni: non tamen facit nobiliorem? Politica de legibus: Ars militaris: Prudentia: Virtutes morales.

Cap. X I I. De diuiſione Nobilitatis nōnulla: Chriſtiana nobilitas: Phyſica: Ciuilis: Publica: Priuata: Gradus nobilitatis unde petendi.

Cap. X I I I. Proponutur præcipuæ quæſtiones quatuor: Maternum genus quatenus nobilitet: Fœmina mare non calidior: Non eſt monſtrum: habet ſuas virtutes.

Cap. X I I I I. Nobilis naſcitur, nō fit: Honor quamobrem expetatur:

Clarus honore dignus: Nobiliſ Generoſus dignior: principatus magna res: Verus Princeps: Solus Princeps propriè ſapiens. Tyrannus.

Cap. XV. An Nobilis poſsit ignobilis fieri: Artes mechanicæ: an derogent Nobilitati: Seruus: Seruilia miniſteria: Scientiæ etiam mechanicæ: quatenus liceat Principi Mechanicis ſtudijs operam dare. Epilogus totius operis.

Dum autem hæc aguntur, multa interim Ariſtotelis loca, multaq; alia tùm moralia, tum phyſica argumenta explicantur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SIMO-

SIMONIS SIMONII PHIL. AC MED. DOCT. ET PROFESSORIS ELECTORALIS IN ACADEMIA LIPSENSI

De vera Nobilitate liber vnus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CAP. I.

Scopus: partes tractationis: ordo earundem: methodus tractandi.

IN omni diſputatione quæ temerè ſuſcepta non ſit, id de quo diſputatur, eſſe, vel ſupponendum eſt, vel ante omnia demonſtrandum. Tunc demonſtratur, cum incognitum eſt ac dubium an ſit, at ſi ſit ex ſe ipſo euidens ac notum, reuocari in dubium ſanè non debet. Sic naturam eſſe non demonſtrauit [a] Ariſtoteles, cum adeò manifeſtum atq; omnibus patens id videatur, vt non niſi per obſcuriora demonſtrari queat. Quod ſi fiat, ridiculum eſt, & eius hominis, qui rem per ſe notam, ab ea quæ per ſe nota non eſt, quaſi ἐκ γενετῶν τύφλος (vt cum Ariſtotele loquar) cum de coloribus ratiocinatur, dijudicare

[a] *lib.2.Phy.cont.6.*

nequeat. Poſt hæc ſequitur vt quid ſit *b* aperiatur: cum præſertim hæc ſecunda quæſtio, prioris veritatem ſtabiliat. Ariſtoteles (cuius vnius diuiniſsimum ingenium hîc etiam imitari habemus in animo & ſanè debemus) quanquam cognoſceret ex communi hominum conſenſu Locum eſſe; attamen quia difficile adeò erat inuenire quid eſſet, vt ferè non eſſe videretur, idcirco inprimis vtrum Locus *c* eſſet nec ne, inquirere voluit. Et nos igitur de nobilitate acturi, cuius eſſe atque natura in controuerſia eſt, totidem primò ac eodem ordine de ipſa quæremus. Tertiò, proponemus ſpecies eius. Poſtremò quæſtiones aliquot, de quibus hodie in hoc argumēto dubitari magis ſolet, non ex vllius vel *d* Rhetoris vel etiam Imperatoris reſponſis aut dictis, ſed ex ſola rei natura (quam vnam vbique legitimi veriſsimique harum rerum Magiſtri Plato Ariſtotelesque ſequuti ſunt, ac nos etiam ſequi iuſtum eſt) petitis rationibus, ſubiectæ tamen materiæ accomodatis, non magno negocio decidemus. Omnino, vulgi iudicia teſtimoniaque in eiusmodi argumentis tractandis peti nòn debent. Quanquam enim in omnibus ferè artibus, præter ἀρχιτεκτονικοὺς & εἰδότας quosdam eſſe πεπαιδευμένους, qui de rebus artis iudicare ſoleant, *e* Ariſtoteles dicat: attamen addit, ἀλλ' οὔτι τῶν εἰδότων γε μᾶλλον. Et qui ſunt iudices in foro naturæ, quæ ſapientiſſima

[b] 1. Ethic. ad Nicom. 7. 4. Phy. 3. Gal. 2. de plac. 3 Auer. 1. de an. in Proœm.

[c] 3. Phy. cap. 1.

[d] lib p. pol. cap. 4. 4. pol. cap. 4. Eurip. in Hecuba.

[e] 3. pol. cap. 7.

ſima eſt & ante omnes imperauit, leges præſcribunt alijs, non ab alijs accipiunt ipſi. Quo pertinent illa Philoſophorum *f* Principis, κατὰ δὲ τῶν τοιούτων οὐκ ἔστι νόμος, αὐτοὶ γάρ εἰσι νόμος. καὶ γὰρ γελοῖος ἂν εἴη νομοθετεῖν τις πειρώμενος κατ' αὐτῶν. Et concludit, λείπεται τοίνυν, ὅπερ ἔοικε, πεφυκέναι πείθεσθαι τοῖς τοιούτοις πάντας ἀσμένως. Quapropter aliorum nos vel δημαγωγῶν vel Grammaticorum vel Poëtarum teſtimonia non multa huc afferemus, niſi fortaſſe aliquando naturæ congruenter loquuti fuerint: & non tam ad faciendam fidem, quàm ut iſti, qui res ſuas teſtium & quidem Idiotarum qualicunque authoritate pertractare ſolent, hac etiam in parte ſe nobis non eſſe præſtantiores intelligant. Exempla, dicta, facta nobilitatis petantur ex hiſtoricis: facile eſt eiusmodi conſarcinare quæ in promtu ſunt omnibus: & malumus ut ex natura nobilitatis cognita intelligatur quid ſit Nobile, quàm vt ex vno alteróue exemplo ſcriptoris vulgaris, nobilitas æſtimetur. Præcepta quoque reformandorum *g* nobilium non alia ferè ſunt, quàm quibus informatus eſſe vir probus debeat: quorſum igitur hanc pædagogiam nobilitatis gratia, tanta cum pompa hîc renouare? τοὺς εὐγενέσι καὶ καλοὺς (ait quodam loco Demoſthenes) inprimis decet, vt perſeuerent habere pulchritudinem in facie, temperantiam in anima, in vtrisque fortitudinem, in verbis gratiam. Quòd ſi peculiare aliquid habere nobilitatis eruditio videatur, vt ex Platone initio Theagis colligitur, id ab iſtis ne quidem attactum eſt. Et nonnulli tamen fuerunt, qui iſto ſolo nomine

[f] 3. *pol. cap.* 4.

[g] 3. *pol. cap.* 12.

286

ſuos libros titulo De Nobilitate vel origine Nobilitatis ornarunt. Eos ſi legas, vix aliquid habebis præter monita, exhortationes, increpationes, hiſtoriolas quaſdam: de natura rei propè nihil. In ſumma, non pædagogum, non hiſtoricum, non rhetorem, ſed Philoſophum hîc volumus, ſi tamen poſsimus, agere.

CAP. II.

Nobilitatem reuera eſſe aliquid.

QVI εὐγένειαν, hoc eſt, bonum genus, vel prout nos dicimus Nobilitatem reuera non eſſe aliquid, ſed in ſola hominum opinione poſitam, probare contendunt, ij vel *a* inuidi ſunt, vel rerum naturam parum admodum intelligentes. Aiunt, *b* Olim cum primùm nati ſumus, naturam omnibus conſimilem dediſſe faciem, peculiare nihil, vnam eandemque generis originem haberi: Nullum *c* eſſe qui multos auos ſuos numerare nequeat: Frumentum optimum non iudicari, quod in pulcherrimo agro natum eſt, ſed quod commodè nutrit. Addunt, Nobilitatem ſi reuera ſit, in genere aliquo bonorum fore, vel animi, vel corporis, vel externorum: at in nullo iſtorum eſſe, quòd ipſa maioribus expoſita calamitatibus, morbis, cædibus, inſidijs, nihil corpori ad robur, ad pulchritudinem, ad valetudinem, nihil animo vel ad rectè contemplandum vel agendum

[a] *Plutarch. in vita Themiſtoclis.*

[b] *Eurip. in Alex. & in Elect.*

[c] *Menander in Guidia.*

agendum peculiariter conferre videatur, cum humili genere natos homines plerunque ad virtutes aptiores propenſioresque, & conditionibus alijs commemoratis longè ſuperiores eſſe videamus. His inquam omnibus efficere volunt, lege potiùs hominum & ſtulta opinione, cuius *d* habitus ſerua facit iudicia noſtra, quàm naturâ, nobilium atque ignobilium diſcrimen eſſe poſitum. Afferre huc etiam poſſent alij Ariſtotelis authoritatem, qui in libello de Nobilitate, cuius fragmenta duntaxat quædam hodie legimus, omnino ſe dubitare ait, quem oporteat appellare Nobilem, ac teſtimonio Lycophronis ſophiſtæ concludere, *πρὸς δόξαν εἶναι τὴν αἵρεσιν εὐγενείας, κατὰ δὲ ἀλήθειαν οὐδὲν διαφέρειν τοὺς ἀγενεῖς τῶν εὐγενῶν.* Quod idem ſentire quoque viſus eſt, cum *e* doceret, Laudatorem non ad demonſtrandum, ſed ad fidem duntaxat honeſtatis faciendam, à nobilitatis titulo argumenta ducere poſſe. Veruntamen qui rerum naturam non ex affectione, ſed ex veritate iudicant, opinioni quidem hîc adſcribunt aliquid, rem tamen ipſam naturæ non tollunt. Atque inprimis antiquam & conſentientem totius propè humani generis opinionem de nobilitate conceptam afferunt, quæ vt non certò concludit, ita non omni fide caret, quemadmodum Ariſtoteles multis in locis, *f* ſed præſertim in libello de Diuinatione his verbis teſtatus eſt; *περὶ δὲ τῆς μαντικῆς τῆς ἐν τοῖς ὕπνοις γενομένης καὶ λεγομένης συμβαίνειν ἀπὸ τῶν ἐνυπνίων, οὔτε καταφρο-*

[d] *Plutar. in lib. de facie in orbe lunæ.*

[e] *lib. 1. rhet. cap. 9.*

[f] *lib. 10. Eth. cap. 2 1. Eth. cap. 10. 1. poſt. anal. 20.*

νῆσαι ῥᾶον, ὅτι πεπεισθῆναι. Τὸ μὲν γὰρ πάντας ἢ πολλοὺς ὑπολαμβάνειν ἔχειν τι σημεῖον τὰ ἐνύπνια, παρέχεται πίστιν, ὡς ἐξ ἐμπειρίας λεγόμενον.

Et ſanè fama vniuerſalis, Naturæ ipſius vox eſſe videtur. Atq; hinc tot gentium, tribuum, familiarum, prout nempe vnaquæq; ſuam habet genealogiam, diſtinctio. Hinc tot ac tam varia earundem *g* inſignia. His annectunt, *b* In natura rerum diſcrimen iſtud nobilium atq; ignobilium expreſſum perſpici. Ex quali arbore ſurculus euellatur ad fructus plures, maiores, ſuauiores, atq; elegantiores edendos, ex quali genere canis u. g. vênaticus ſuſcipiatur, ad indagandam fallendamq; feram, vel ad eandem perſequendam ſternendamq;, ex quali item, equus generatus ad curſum vel ad bellum, magni intereſt: multò igitur magis ex qualibus parentibus homo ſit procreatus, ad vitam rectè atq; ex virtute agendam, referre exiſtimabimus. Sic Xenophon ex Theognide.

[g] *Herod. lib. 5. de Thracib.* *Plutarch. in quæſt. Rom. 76. de Scythis & Romanis.*

[b] *Plutar. pro Nobil.*

Κριὼς μὲν δὴ νῶι διζήμεθα, Κύρνε, καὶ ἵππους
Εὐγενέας, καί τις βούλεται ἐξ ἀγαθῶν
Βήσεσθαι: γῆμαι δὲ κακὴν κακοῦ οὐ μελεδαίνει
Ἐσθλὸς ἀνήρ.

Hominum ſtudia quædam certa, & mores quosdam inuariabiles, pro *a* locorum & regionum varia natura ad ſucceſsionem perpetua hæreditate traduci videmus; Veriſimilius eſt itaq; parentes ipſos, quorum pars quædam

[a] *Plat. in fine 5. de leg.*

quædam ipſi ſumus, ad eam rem aliquid, imò multum conferre, nec tantundem valere, ſiue Barbara ſit ſiue Græca origo. Hoc certè ſenſit *b* Homerus, qui de Telemacho Vlyſsis loquens, inquit:

[b] Odyß. lib. 2.

Εἴ δή τοι σοῦ πατρὸς ἐνέστακται μένος ἠΰ.

Quaſi aſſereret, vnà cum ſeminis guttis & vitæ ſeminarijs, paternæ quoque virtutis bona influere. Et Xenephon poſt allegata ex Theognide verba,

πᾶσι δ' ἀγγέλλω βροτοῖς
Ἐσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν εὐγενεῖ σπείρειν τέκνα.

Iam verò ſi Ariſtotelem Nobilitatis æſtimatorem volumus habere, is primò partem beatitatis facit *c* nobilitatem, atque adeò vt dicat,

οὐ πάνυ γὰρ εὐδαιμονικὸς ὁ δυσγενής.

[c] 1. rhet. cap. 5. 1. Eth. ad Nicom. cap. 8.

Qui cenſet igitur Ariſtoteli nobilitatem eſſe nihil, is felicitatem, cuius tamen mirifico quodam deſiderio affecti ſunt omnes homines, & ad quam omnes ſuas cogitationes, omnia ſtudia, omnesque actiones referunt, Ariſtoteli nihil eſſe, & ſecundùm Ariſtotelem naturam iniquius cum homine, qui tamen huius vniuerſitatis nobiliſsima pars exiſtit, quàm cum reliquis animantibus, imò verò quàm cum reliquis inanimis egiſſe, cenſebit quoque. Quæ omnia quàm ſint tanti Philoſophi placitis repugnantia, adeò notum eſt, vt probatio nulla deſideretur. Ad eandem ſententiam pertinent illa, quæ ab eodem ſcripta ſunt alibi, *d* nos fieri bonos natura, doctrina, exercitatione: item *e* doctrinam non multùm, alia verò duo multùm, imò totum ad id valere.

[d] 3. Ethic. cap. 5. 10. Ethic. cap. 9. 7. Pol. cap. 13.

[e] 2. Ethic. cap. 4.

καὶ γὰρ φῦναι δεῖ πρῶτον οὕτω καὶ ποῖόν τινα τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχήν: item ſic eſſe natos oportere, vt quaſi mentis ὄψιν ἔχοντες recte perfecteq; iudicare, & quod verè bonum eſt ſumere atq; optare poſsimus, quæ εὐφυΐα dicitur, res μεγίστη καὶ καλλίστη, quamq; ab alio neq; conſequi neq; diſcere valeamus, ſed qualiſcunq; à natura facta eſt, talem quoq; obtineamus. Et quod alio in loco *f* teſtatur, adeò prauos homines aliquando naſci, quorum prauitas, diſciplina nequeat emendari, imò vt neq; ἐπιμεληθῆναι poſſit. Naturam certè non aliam intelligit, quàm habilitatem illam ad virtutes conſequendas à cœlo parentibusq; acceptam, ὁ ἄνθρωπος γὰρ μὲν ἄνθρωπον γεννᾷ καὶ ἥλιος.

[f] 5. pol. cap. 12. 3. eth. cap. 5.

[g] 2. phy. 26. & 2. de gen. an. 2.

Cuius reſpectu alibi dixit, *h* Τὸ μὲν οὖν τῆς φύσεως, δῆλον ὡς οὐκ ἐφ' ἡμῖν ὑπάρχει, ἀλλὰ διά τινος θείας αἰτίας, & quam nos paulò pòſt nobilitatem conſtituere minutius oſtendemus, imò ſatis oſtendit Ariſtoteles, cum in lib. priore de *i* animal. hiſtor. & ſecundo rhetor. de nobilitate verba faciens, in locum vocabuli γένους quod antea vſurpauerat, paulò pòſt φύσεως verbum reſtituat. Atq; de ſupremo illo numine, à quo fluit omnis natura & nobis data ſunt omnia, ſcripſit *k* idem in hunc modum.

[h] 10. eth. cap. ult.

[i] cap. 1. cap. 18.

[k] 1. cœli cont. 100.

ὅθεν καὶ τοῖς ἄλλοις ἐξήρτηται, τοῖς μὲν ἀκριβέστερον, τοῖς δὲ ἀμαυρότερον τὸ εἶναί τε καὶ

τε καὶ ζῶ. Et in *m* Problem. ὅτι ὁ θεὸς ὄργανα ἐν ἑαυτοῖς ἡμῖν δέδωκε δύο, ἐν οἷς χρησόμεθα τοῖς ἐκτὸς ὀργάνοις. σώματι μὲν χεῖρα, ψυχῇ δὲ νοῦν.

[m] *30. part. probl. 4.*

Et ſi Ariſtoteles vanum nobilitatis nomen eſſe putaſſet, quò præiudicio nobiles ornaſſet priuilegijs illis? Puſillanimis (inquit) non habebitur μέτοικος *n* ſi imperio dignum ſe non cenſeat, ἀλλ' εὐγενὴς ὢν, καὶ ἡγούμενος μέγα εἶναι τὸ ἄρχειν. Hoc ne eſt nihili facere nobilitatem, vel potius multum, cum neq; imperare magnum illi quippiam videri debere affirmet? Et alio loco poſtquam dixiſſet Ciuitatem ſine nobilibus conſtare non poſſe, loquens de illa ſpecie Reipublicæ, quæ vocatur Oligarchia, & quam δίκαιόν τι vſurpare conſtanti voce ter|affirmauerat, *a* inquit, διόπερ εὐλόγως ἀντιποιοῦνται τῆς τιμῆς οἱ εὐγενεῖς καὶ πλούσιοι (nobiles enim cum ditioribus coniunxerat libro ſexto. Politicorum & in Nicomachijs, cum *b* dixit, ἀλλ' οἱ μὲν δημοκρατικοὶ, ἐλευθερίαν. οἱ δ' ὀλιγαρχικοὶ, οἱ μὲν πλοῦτον, οἱ δ' εὐγένειαν. οἱ δ' ἀριστοκρατικοὶ, ἀρετήν.), Neq; eſt quod obijciat aliquis eundem Authorem de eodem iure Oligarchiæ ſic *c* loquentem, δόξαιεν γὰρ οὐδὲν λέγειν δίκαιον οἱ διὰ τὸν πλοῦτον ἀξιοῦντες ἄρχειν, ὁμοίως δὲ καὶ οἱ κατὰ γένος. Nam Ariſtoteles eodem planè modo paulò pòſt

[n] *lib. 3. Eth. ad Eud. cap. 7.*

[a] *lib. 3 pol. cap. 8. & 5.*

[b] *lib. 5. Eth. ad Nicom. cap. 3. lib. 6. pol. cap. 2.*

[c] *lib. 3. pol. cap. 8.*

209

argumentatur in eos, qui in Ariſtocratia prætextu virtutis honorem ſibi ſolis arrogabant. Non cenſet igitur ipſe, nobilitatem ius ad dominandum immeritò ſibi vendicare, hoc enim cum ijs pugnaret, quæ antea ter dixerat, & poſteà quoque dicturus erat, ſed neque nobilitatem neque diuitias perfectum ius ad imperandum præbere ſignificat, quod nobiles tamen & diuites obtinere ſe putabant, cum ſic [d] argumentabantur, ὅτι πλεῖον μέτεστι τῆς χώρας αὐτοῖς. ἡ δὲ χώρα κοινόν· ἔτι πρὸς τὰ συμβόλαια πιστοὶ μᾶλλον. Nobiles autem, πολῖται γὰρ μᾶλλον οἱ γενναιότεροι τῶν ἀγεννῶν: Vt etiam virtutem ſolam non perfectum ius ſecum afferre ad imperandum docet, tum quia non iuſta eſt ipſa ſola, tum etiam quia ſi vel in optima Republica omnes magiſtratus viris duntaxat probis & iuſtis deferrentur, cæteri cum inhonorati & expertes Reipublicæ relinquerentur, præſente ſtatu non contenti, noua in perniciem Reipublicæ molirentur. Quapropter laudauerat [e] antea Solonem, qui plebeis quoque & non multa virtute præditis ciuibus, ſi non ſeparatim & per ſe, ſaltem mixtis cum melioribus, & ſi non magnos, ſaltem mediocres honores, vt cenſuram, ius eligendorum magiſtratuum, conſultationesque communicari permitteret. Sed redeamus ad prima: & pro colophone dicamus, an veriſimile ſit, ab Ariſtotele rem vanam & quæ nomen tantùm habeat, pro fundamento iuris Oligarchici conſtitutam fuiſſe, cum præſertim in eadem quæſtione, Ciuitatem ſine nobilitate conſtare non poſſe affirmarit, ac de eadem iſta verba protulerit, ἡ δ' εὐγένεια παρ' ἑκάστοις οἴκοι τίμιος.

[d] *Ibid.*

[e] *3. pol. cap. 7.*

quod apud Apollonios & Therenſes maximè obſeruari dixit *f* alibi, his verbis, ἐν τούτων γὰρ ἑκατέρᾳ τῶν πόλεων ἐν ταῖς τιμαῖς ἦσαν οἱ διαφέροντες καθ' εὐγένειαν. atque adeò vt alio loco nobilibus opponat inhonoratos, quaſi idem ſit inhonoratus ignobiliſque: verba *g* ſunt, ὑπερευγενῆ δὲ, ἢ ὑπερίσχυρον, ἢ ὑπερπλούσιον ἢ τὰ ἐναντία τούτοις, σφόδρα ἄτιμον, ὑπερπτωχὸν, ὑπερασθενῆ, χαλεπὸν τῷ λόγῳ ἀκολουθεῖν. Omnes boni (inquit *h* Cicero idem ſignificans) nobilitati ſemper fauent, quia vtile eſt Reipublicæ nobiles homines eſſe dignos maioribus ſuis: & *i* alibi, Nobilitas integra præſertim atque innocens nunquam à populo Romano repudiata ſupplex fuit. Et iure hæc omnia accidunt. Nam ſcripſerat *k* Ariſtoteles, οἱ γὰρ εὐγενεῖς ἀξιοῦνται τιμῆς, ἐν ὑπεροχῇ γάρ. Sed quemadmodum initiò dixi, nobilitatis eſſe, melius adhuc patebit, cum quid ipſa ſit exponetur. Nunc aduerſariorum rationes refellendæ. Eandem omnibus originem primam fuiſſe, nemo eſt qui neget, ſed non tamen eadem à prima omnium origine ſucceſſio ſequuta eſt. Pro qua re ſic loquitur *l* Ariſtoteles, φορὰ γάρ ἐστι καὶ ἐν τοῖς γένεσιν ἀνδρῶν ὥσπερ ἐν τοῖς κατὰ τὰς χώρας γιγνομένοις ἐνίοτε, καὶ ἂν ᾖ ἀγαθὸν τὸ γένος, ἐγγίνονται διά τινος χρόνου ἄνδρες περιττοί. κἄπειτα πάλιν ἀναδίδωσιν. ἐξίστανται δὲ τὰ μὲν εὐφυῆ γένη εἰς μανικώτερα

[f] 4. pol. cap. 4.

[g] 4. pol. cap. 11.

[h] in Orat. pro P. Sextio.

[i] in Orat. pro C. Plancio.

[k] 4. lib. ethic. ad Nicom. cap. 3.

[l] lib. 2. rhet. cap. 15.

cibus illis ad vitam agendam non ingredimur, quibus ſine, nihil feliciter contingere poſſe dicebat *f* Hippocrates. Et vitium quidem rei *g* vniuscuiusq; eſt, cum malè ſe habet in eo ad quod nata vel facta eſt, Sed non inhæret ipſi Nobilitati vitioſitas, non ipſi innata, non ipſi propria eſt, ſed accedit & accerſitur, quæ tamen alijs communis eſt. Et veritas eorum quæ naturâ ſunt, inſpicienda eſt in ijs, quæ *h* ſecundùm naturam ſe habent, non in ijs quæ præter naturam ſunt affecta: quapropter non carnifice hîc fuit opus, ſed pædagogo. Imò ſi ad calculum reuocare vtranq; partem volueris, plures & arrogantiores, intemperantiores, crudeliores, ſuperbiores, & ut paucis complectar omnia, iniuſtiores & miſeriores, ex plebeis habebis, quàm ex nobilibus. Contrarium apparet, quia non ex æquo vtriusq; conditionis homines obſeruamus. Næuus & verruca in facie magis inſpicitur & notatur, quàm reliquarum partium corporis cicatrices & maculæ. Ob eandem cauſſam, nobilitatis vitia & incommoda patent magis, & pro maioribus habentur, quia in illorum *i* facta magis quoq;, quòd altiore loco poſiti ſint, & accuratius, quod optimam de ijs opinionem vulgò gerant, inquiratur. In Nobilis facto minima quæq; expenduntur, quapropter ſi non omni ex parte reſpondeant omnia, indignum cenſetur: at ignobilium vel mediocrem virtutem admiramur; quod in eis deſideratur, ignobilitati, non ipſis adſcribimus. Et nullum boni genus eſt, quo

[*f*] *in lege*

[*g*] *Galen. in lib. de Sophiſ. in verb. cap. 2.*

[*h*] *lib. 1. pol. cap. 3.*

[*i*] *Gal. in ſuaſ. ad art. cap. 4.*

quis

quis abuti non poſsit excepta virtute. Talia ſunt omnia, prout ingenium eius eſt in quem inciderunt. Vt veſtes quibus induimur cum actu calidæ non ſint, nos non calefaciunt, niſi à corporis noſtri calore ipſa prius caleſiant: ſic bona omnia præter virtutem, bona nobis eſſe nequeunt, niſi nos illa quaſi bona prius reddamus: reddimus autem, cum ex præſcripto naturæ ac virtutis vtimur; Quamobrem per eandem nobilitatem vt obeſſe, vim inferre, opprimere, ita prodeſſe, defendere, ſeruare, & multo magis ac melius quàm ignobiles poſſunt. Nam (vt Plutarchus [a] inquit) militat quidem ignobilis quoque vt & nobilis, vtiius tamen opus ab alterius opere, vt ſeruile ab herili differt. Et [b] Cicero ipſe ſcripſit, Nobiles à nouis hominibus non natura modò & genere diſiunctos, ſed etiam voluntate animoque diſsidentes eſſe; vt non ſolùm habilitate ipſa, ſed & decore neſcio quo ac elegantia, quam virtutis pulchritudini affert, nobilis ab ignobili differat.

[a] *lib. de nobil.*

[b] *In Verrem or. 5.*

Ad Ariſtotelis authoritatem dicimus, non eſſe nouum hoc ipſi, antea nimirum dubitare quàm decidere, cùm præſertim apud ſapientes in dubium res vocetur & non expreſsè deciſa ſit. Sic ipſemet ibi loquitur. ἀκότως γε ἔχει τοῦτο ἐν διαπορῶν. καὶ γὰρ παρὰ τῶν πολλῶν καὶ παρὰ τῶν σοφῶν τὰ μὲν ἀμφισβητεῖται, τὰ δὲ λέγεται οὐ σαφῶς εἰδὺς τὰ περὶ τῆς δυνάμεως. Atque aliud eſt dubitare an ſit nobilitas, & quos oporteat vocare nobiles: vt aliud eſt quærere, an ſit ſubiectum in ſcientia, quod certè ſupponi, nō quæri debet: aliud quærere quid pro ſubiecto ſtatuendum ſit: & primò cognitū eſt, primò cognitū, non igitur quæritur; at quæritur tamen quid ſit illud,

quod primò à nobis mente cognoſcitur. Sic Ariſtoteles non dubitat an ſit nobilitas, ſed qui nam ſint nobiles: quam tamen dubitationem paulò poſt allegata verba abijcit his verbis, δῆλον δὲ ἔϛιν ὅτι ἐϛὶν ἡ εὐγένεια ἀρετὴ γένους. & ibi: φανερὸν τοίνυν, ἔϛιν ἐγὼ, περὶ ὧν πάλαι διηπορήσαμεν, &c. Et Lycophronis teſtimonium tanquam Sophiſtæ ignobilis atq; vnius ἐκ τῶν πολλῶν, non ἐκ τῶν σοφῶν à Plutarcho rectè ſpernitur. Locus item ex Rhetoricis non aufert omnem fidem nobilitati, vt ex ijs liquebit quæ in ſequentibus dicturi ſumus. Atq; iſta de priore quæſtione hactenus ſufficiant.

CAP. III.

Duo ſumma rerum genera: Triplex definitionis ſpecies: Nobilitatem eſſe accidens hominis proprium.

REliquum nunc eſt, vt quid ipſa ſit Nobilitas exponatur. Hoc, propoſita & explicata definitione, commodè fiet. Cæterum quemadmodum non vnum genus eſt eorum, quæ hanc vniuerſitatem conſtituunt, ita non vnica ſpecie definitionis æquè contenta ſunt. Vnum genus rerum eſt earum, quæ ſeipſis conſiſtunt, ac proinde vocantur ſubſtantiæ, vt cœlum, elementa, meteorologica, plantæ, bruta, homo: alterum verò illarum, quæ per ſe ipſæ ſuisq; viribus conſiſtere nequeunt, ſed alteri cuipiam tanquam ſubiectæ materiæ inhærent, & in

& in altero nituntur, vt albedo, dulcedo, frigus: quæ Accidentia nominantur, & cuiuſmodi eſt ipſa de qua nunc agimus Nobilitas. Non enim ipſa per ſe cohæret, ſed homini adhæret: non ita tamen vt forma quæ ipſi det eſſe, id eſt, eſſe hominem (hoc enim ab anima rationali præſtatur) ſed eius tantùm naturam exornet. Prioris generis entia, vnico modo definiuntur: alterius dupliciter. Definitio generatim accepta, eſt [c] oratio breuis & circunſcripta, per quem propriè reſpondetur ad quæſtionem illam qua quid quidque ſit [d] quæritur. Scire enim quod definitione aſſequimur, propriè eſt ſcire quid: licet Ariſtoteles definitionem illam ſcire, quam [e] Demonſtrationi accommodauerat, ſubſtantijs etiam [f] uideatur tribuere, quarum certè non demonſtratio eſt, ſed definitio. Hæc alibi: nunc quæ inſtant. Duplex eſt definitio: vna explicans nomen, Deſcriptio propriè, à Scholaſticis Definitio quid nominis vocata: altera vim rei & naturam exprimens, propriè ſpeciatimque Definitio, à Scholaſticis autem Definitio quid rei nuncupata. Prior ab accidentibus quibusdam & rebus aduentitijs ducitur. Et quanquam aliquando rei naturam attingere uideatur, vt in vocabulo [a] προαίρεσις, [b] εὐδαιμονία, & hoc noſtro εὐγένεια cõtingere dicemus, quia tamen id generatim & confuſè præſtat, nihilominus pro Deſcriptione quadam reputatur. Vtut ſit, ante omnem [c] quæſtionem cognitam habere

[c] *Ariſt. 2. poſt cap. 7. Ammon. in præf. Porph.*

[d] *Auer. 2. poſt. com. 6.*

[e] *Ariſt. 1. poſt. cap. 2.*

[f] *Phy. cont. 1. & 2. phy.*

[a] *Lib. 3. eth. cap. 2.*

[b] *lib. 2. Top. ca. penul.*

[e] 7. *Metaph.* 59. ipſam neceſſe eſt. Fruſtra enim
Galen. 4. de dif. pulſ. 17. quæreres, vtrum ſit anima, atq;
Idem 4. de cauſis pulſ 9. vtrum ſit immortalis, niſi animæ & immortalitatis nomen præintelligeres. Id ſignificauit *o* Hippocrates his verbis:

[o] *Lib. de arte à Princ.* Δοκέει δή μοι τὸ μὲν σύμπαν τέχνη εἶναι οὐδεμία, οὐκ ἐοῦσα. καὶ γὰρ ἄλογον τῶν ἐόντων τί ἡγεῖσθαι μὴ ἐόν. Alterius definitionis duæ ſunt partes, genus & differentia. Vtraq; primò formam ſignificat, genus generalem, differentia ſpecialem, ſed vtraq; tamen materiam connotat. Nemo dicet, Homo eſt anima uel ratio, ſed animal & rationale, id eſt, anima ſentiens & ratio in hac materia, puta quæ conſtet ex capite, thorace, ventre inferiore, artubus. Cæterum, vt nulla Categoria eſt, quæ ſuis generibus careat ac differentijs, ita nulla *d* eſt etiam, in qua talis definitio locum non habeat, non eâdem tamen

[d] 1. *Top. cap.* 7. conditione. Nam in accidentium definitione (quantitatem ſemper excipio) præſertim autem propriorum, ſubiectum neceſſariò exprimitur, uel tacitè ſaltem ſignificatur. Quapropter Auerroës, imò *e* Ariſtoteles dicebat, Accidentia non ſimpliciter definiri, ſed aliquomodo, cū

[e] 7. *met.* 12. 13. 18. 19. res diuerſarum naturarum accipiant in ſui definitione. Hoc ipſum Scholaſtici vocant definire per Additamentum: addit enim aliquid quod non eſt eiuſdem Categoriæ cuius eſt definitum. Subiectum autem quod in definitione accidentium accipitur, aliquando generis, vt cum concretum definitur accidens u. g. Simum eſſe naſum curuum, aliquādo *f* differen-

[f] *Auer. 8. met. 6. & 7. met. 33.*

ferentiæ inſtar habet, vt cum abſtractum definimus u. g. ſimitatem eſſe curuitatem naſi. Nam licet vtrunq; vocabulum formam ipſam g primò ſignificet, concretum tamen, magis adſignificat ſubiectum, & ſecundùm modum quoq; ſignificandi, prius ſubiectum quàm formam deſignat, quod fortaſſe dicere Auicennas voluit. Porrò accidentia propria definitionem alius generis habent, qua ſubſtantia caret. Ea, non genus ac differentiam, ſed cauſſam adducit, à qua accidens illud adeò pendet, vt per eam ſit & conſeruetur. Eſto u. gratia εὐδαιμονία, quæ proprium quippiam hominis eſt: primò deſcribetur ſic, quaſi τὸ εὖ τὸν *h* δαίμονα ἔχειν. Definietur autem per genus & *i* differentiam, vt ſit bonum perfectum ſeipſo contentum quod ſatis eſt homini. Tertiò definietur per cauſſam à qua pendet, & per quam conſiſtit, vt ſit actio animi rationalis cum virtute congruens: vel ut ſit actio *k* recta & prudens, cum fortunæ proſperitate in vita perfecta. Hæc autem raró ſolitaria profertur definitionis modo, prout ex multis *l* Ariſtotelicis locis atq; interpretum eius conſtat. Nunquam enim ferè u. g. Eclypſim aut Felicitatem definiens dices, illam eſſe interiectionem terræ inter ſolem & lunam, hanc actionem ex virtute, cum non id ipſum ſit Felicitas. Verùm dicemus potius Eclypſim eſſe priua-

[g] *Ariſt. 7. met. Auer. 5. met. 14.*

[h] *2. Top. cap. penult.*

[i] *1. Eth. cap. 7.*

[k] *Ibid.*

[l] *2. poſt. cap. 2. 9. 10. 8. met. 13. 3. met. 19. Auer. 2. de an. 12.*

 tionem

tionem luminis, quod à ſole accipit luna, ob interiectam terram, & Felicitatem eſſe bonum quoddam perfectum animi, ex actione virtuoſa. Tantæ tamen dignitatis eſt Definitio iſta cauſſam afferens, vt eius reſpectu definitio Eſſentialis, quæ nempe ex genere conſtat & differentijs, definitio quid nominis cenſeatur. Atq; id multò magis in affectionibus illis, de quibus vtrum in rerum natura exiſtant dubitatur. Cum enim quæſtio u. g. de Vacuo proponitur, ac definitur, vt ſit locus priuatus corpore, ſi vacuum exiſteret, talis definitio eſſet eſſentialis, vacui nanq; naturam aperiret: verùm cum non exiſtat, remanet nuda quædam nominis *m* explicatio. Quî nanq; non exiſtentis rei, genera differentiæúe eſſe uerè poſſunt? Omnino igitur *n* cauſſalis definitio collata eſſentiali, quid rei, ſubſtantiæ, ac formalis reputatur. Aliâs cauſſa fuit allata. Nunc iſta pauca de definitionum generibus attacta fuiſſe ſat eſto, quo nempe intelligeremus, Nobilitatem quæ homini accidit, atq; hominis propria eſt, vtranq; exigere ac recipere definitionem, tum eam quæ proprium genus ac differentiam explicat, tum perfectiorem alteram, quæ cauſſam affert. Nec eſt quod nobis opponat aliquis *a* Ariſtotelem nobilitatem brutis quoq; tribuentem, ibi, τὰ δ'ὲ ἐλεύθερα ϗ ἀνδρεῖα ϗ εὐγενῆ οἷον λέων. Non enim alia ratione dicuntur bruta εὐγενῆ, quàm γενναῖα, φρόνιμα, πολιτικὰ eodem loco, & μαθηματικώτερα *b* alibi, id eſt, quàm æquiuoca.

[m] *Auer. 1. Top. cap. 4.*

[n] *Ariſt. lib. 2. Ethic. Nicom. c, 6. Euſtratius ibid. Themiſt. 2. poſt. 15. Alex 3. metaph. cont. 19.*

[a] *1. de hiſt. anim. cap. 1. & 2. de ortu an.*

Atq;

[b] Lib. 1. metaph cap 1.

Atq; vt de vno loquamur, Vera docilitas non niſi decurſu rationis fit: Omnis nanq; doctrina ex præcognitis quibusdam progreditur: atqui cum Ariſtoteles bruta priuet reminiſcentia eodem loco, vera ſanè docilitate orbat quoq;. Nam & reminiſcentia decurſus quidam rationis eſt ad ignotum per notum: hoc tantùm differens à diſciplina, quòd in hac progreſſus eſt ad incognitum, præcognitum tamen *c* quodammodo duntaxat, in illa verò ad aliàs quidem diſtinctè ac definitè notum, incognitum tamen quia obliuione amiſſum. Reſponderet *d* Galenus, uel quicunq; alius fuerit author ille, Bruta minus rationis habere quàm hominem, habere tamen: ac proinde hominem ſolum dici animal rationale, & præter docilitatem obtinuiſſe quoq; reminiſcentiam: illa nequaquam. Sed nos inſanire cum Galeno nolumus: & abſurda iſta craſſaq; ſententia iam pridem ita exploſa ab alijs eſt, vt multo minus digna ſit, quæ eruditioribus hiſce temporibus afferatur in medium. Et ſanè non magis nobilia dici bruta poſſunt, quàm felicia: cum tamen Ariſtoteles ita *e* ſcribat, σημεῖον δὲ καὶ τὸ μὴ μετέχειν τὰ λοιπὰ ζῷα εὐδαιμονίας, &c. & *f* alibi, oſtendens ciuitatem non eſſe ſocietatem vnà uiuendi gratiâ duntaxat conſtitutam, inquit, καὶ γὰρ ἂν δούλων καὶ τῶν ἄλλων ζώων ἦν πόλις. νῦν δὲ οὐκ ἔστι, διὰ τὸ μὴ μετέχειν εὐδαιμονίας, μηδὲ τοῦ ζῆν κατὰ προαίρεσιν. Explicabat hanc æquiuocationem

[c] 1. poſt. cap. 1.

[d] In ſuaſ. ad art. cap. 1.

[e] X. Ethic. cap. 8.

[f] 3. pol. cap. 6.

tionem luminis, quod à ſole accipit luna, ob interiectam terram, & Felicitatem eſſe bonum quoddam perfectum animi, ex actione virtuoſa. Tantæ tamen dignitatis eſt Definitio iſta cauſſam afferens, vt eius reſpectu definitio Eſſentialis, quæ nempe ex genere conſtat & differentijs, definitio quid nominis cenſeatur. Atq; id multò magis in affectionibus illis, de quibus vtrum in rerum natura exiſtant dubitatur. Cum enim quæſtio u. g. de Vacuo proponitur, ac definitur, vt ſit locus priuatus corpore, ſi vacuum exiſteret, talis definitio eſſet eſſentialis, vacui nanq; naturam aperiret: verùm cum non exiſtat, remanet nuda quædam nominis *m* explicatio. Quî nanq; non exiſtentis rei, genera differentiæúe eſſe uerè poſſunt? Omnino igitur *n* cauſſalis definitio collata eſſentiali, quid rei, ſubſtantiæ, ac formalis reputatur. Aliâs cauſſa fuit allata. Nunc iſta pauca de definitionum generibus attacta fuiſſe ſat eſto, quo nempe intelligeremus, Nobilitatem quæ homini accidit, atq; hominis propria eſt, vtranq; exigere ac recipere definitionem, tum eam quæ proprium genus ac differentiam explicat, tum perfectiorem alteram, quæ cauſſam affert. Nec eſt quod nobis opponat aliquis *a* Ariſtotelem nobilitatem brutis quoq; tribuentem, ibi, τὰ δὲ ἐλευθέρα καὶ ἀνδρεῖα καὶ εὐγενῆ οἷον λέων. Non enim alia ratione dicuntur bruta εὐγενῆ, quàm γενναῖα, φρόνιμα, πολιτικὰ eodem loco, & μαθηματικώτερα *b* alibi, id eſt, quàm æquiuoca.

[m] *Auer. 1. Top. cap. 4.*

[n] *Ariſt. lib. 2. Ethic. Nicom. c, 6. Euſtratius ibid. Themiſt. 2. poſt. 15. Alex 3. metaph. cont. 19.*

[a] *1. de hiſt, anim. cap. 1. & 2. de ortu an.*

Atq;

[b] *Lib.1. metaph cap 1.*

Atque vt de vno loquamur, Vera docilitas non niſi decurſu rationis fit: Omnis nanque doctrina ex præcognitis quibuſdam progreditur: atqui cum Ariſtoteles bruta priuet reminiſcentia eodem loco, vera ſanè docilitate orbat quoque. Nam & reminiſcentia decurſus quidam rationis eſt ad ignotum per notum: hoc tantùm differens à diſciplina, quòd in hac progreſſus eſt ad incognitum, præcognitum tamen *c* quodammodo duntaxat, in illa verò ad aliâs quidem diſtinctè ac definitè notum, incognitum tamen quia obliuione amiſſum.

[c] *1. poſt. cap. 1.*

Reſponderet *d* Galenus, uel quicunque alius fuerit author ille, Bruta minus rationis habere quàm hominem, habere tamen: ac proinde hominem ſolum dici animal rationale, & præter docilitatem obtinuiſſe quoque reminiſcentiam: illa nequaquam. Sed nos inſanire cum Galeno nolumus: & abſurda iſta craſſaque ſententia iam pridem ita exploſa ab alijs eſt, vt multo minus digna ſit, quæ eruditioribus hiſce temporibus afferatur in medium. Et ſanè non magis nobilia dici bruta poſſunt, quàm felicia: cum tamen Ariſtoteles ita *e* ſcribat, σημεῖον δὲ καὶ τὸ μὴ μετέχειν τὰ λοιπὰ ζῷα ἐυδαιμονίας, &c. & *f* alibi, oſtendens ciuitatem non eſſe ſocietatem vnà uiuendi gratiâ duntaxat conſtitutam, inquit, καὶ γὰρ ἂν δούλων καὶ τῶν ἄλλων ζώων ἦν πόλις. νῦν δὲ οὐκ ἐστι, διὰ τὸ μὴ μετέχειν ἐυδεμονίας, μηδὲ τοῦ ζῆν κατὰ προαίρεσιν. Explicabat hanc æquiuocationem

[d] *In ſuaſ. ad art. cap. 1.*

[e] *X. Ethic. cap. 8.*

[f] *3. pol. cap. 6.*

Democritus, cum diceret Brutorum ἐυγένειαν eſſe τὴν τοῦ σκήνεος ἐυσθένειαν, hominum verò τὴν τοῦ ἤθους ἐυτροπίην. Pro inanimis autem tale vocabulum uſurpatum ab Ariſtotele uel à Platone nondum uidi, quod tamen de nobilitatis vocabulo à Latinis ſæpiſsime factum eſſe conſtat.

CAP. IIII.

Nobilitatis Græcum & Latinum etymon: Clarus, generoſus.

SI ſuſcepto muneri deeſſe nolimus, cum triplex ſit Definitionis ſpecies, omnem Nobilitatis tradamus oportet. Omnino enim egregiè *g* Auerroës Definitionem agenti naturali comparauit. Hic quantum dat formæ, tantundem eorum tribuit, quæ formæ ſunt conſequentia. Sic Definitio quantum naturæ definiti aperit, tantundem eiuſdem accidentium patefacere uidetur. Et hoc illud principium eſt, quod num bene ſit poſitum, cognoſcendum eſſe prius in quocunque ſcripto uerſemur, quàm ad ſententias ipſas, uel earundem inter ſe conſenſum reſpiciamus, Plato *b* monuit; alioquin enim mala definitione conſtituta, conſequentia multa inter ſe & cum principijs illis conſentientia ſubnecti etiam poſſunt. Et quòd ad nomen ἐυγένεια, quanquam integram & luculentam ſatis etymologiam ſecum afferat, ac proinde ſeipſo

[g] *1. de an. in proem.*

[b] *in Cratylo ſub fin.*

ſeipſo notum ſit, non inutile tamen erit, ſi à nobis hoc loco paulò exquiſitius, quàm ab alijs factum eſſe uideam, ponderetur. εὖ ergo dictio, idem ſignificat quod *i* ἀγαθὸν, id eſt, bonum, aut quippiam *k* τὸ ἐπαινετὸν ἢ σπουδαῖον. At γένος accipitur propriè ſecundum alteram ſignificationem à Porphyrio propoſitam, id eſt, vnde ortus principium alicui eſt ab eo qui genuit: quanquam & pro prima ſignificatione accipi quoque non incommodè poſsit, id eſt, pro multitudine aliquorũ qui ad vnum aliquem ea ſocietate quæ ab illo ducta eſt, & inter ſeſe affecti ſunt, nec non cognatione quadam coniuncti. Hanc certè ſignificationem *a* Ariſtoteles iſtis expreſsit verbis agens de nobilitate, σπουδαῖον δέ ἐστι γένος ἐν ᾧ πολλοὶ σπουδαῖοι πεφύκασιν ἐγγίνεσθαι. & *b* alibi, ἐστὶ δὲ πόλις ἡ γενῶν καὶ κωμῶν κοινωνία. Clarius *c* item ibi, εἰς γάμους μὲν γὰρ καλοῦσι τοὺς συγγενεῖς. τούτοις γὰρ κοινὸν τὸ γένος. & in Politicis, præſertim libro quinto atque in *d* Rhetorica ad Alexandrum idem ſæpius habet: imò & aliquando ab eodem γένος accipitur pro ipſa εὐγενείᾳ, illi nanque opponitur ἀγένεια *e* ibi, ἔτι ἐπειδὴ ὀλιγαρχία καὶ γένει καὶ πλούτῳ καὶ παιδείᾳ ὁρίζεται, τὰ δημοτικὰ δοκεῖ τἀναντία τούτων εἶναι, ἀγένεια, πενία, βαναυσία. In ſumma igitur, εὐγένεια eſt bonum genus & εὐγενὴς uel εὐγενὴς dicitur, qui

[i] *Lib. 1. de hiſt. an. cap. 1.*

[k] *In frag. de nobil.*

[a] *Ibi.*

[b] *Lib. 3. pol. cap. 6.*

[c] *Lib. 9. Ethic. cap. 2.*

[d] *Cap. 24.*

[e] *Lib. 6. pol. cap. 2.*

qui ex bono genere eſt: alij dicunt, *f* ex ampla familia, ex ſummo genere uel loco natus, quæ omnia eodem recidũt. Hæc

[f] Q. Cic. de pet. conſ.

vt uera ſun, ita illos arguunt inſcitiæ, qui omninò affirmant Nobile, quatenus hodie communiter ad familiæ dignitatem ſignificãdam uſurpâtur, hoc ipſo dici, quòd notum & illuſtre ſit. Aliud enim eſt Ariſtoteli γνώριμος, cui propriè reſpondet vox ipſa duntaxat Nobilis, aliud εὐγενὴς, cui ſignificatio eiuſdem vocis, prout hodie cum hominem vocamus Nobilem, accipitur, propriè quadrat. In ſumma, re & ſignificatione Nobilis idem planè ac εὐγενὴς, voce idem atque γνώριμος eſt. *g* Ariſtoteles γνωρίμους vocat eos, qui in ciuitate, propterea quòd aliquo excellant bono, vt κατὰ μεγέθη τῆς οὐσίας καὶ τῶν πλούτων ἢ εὐγενείας (ecce quomodo non idem ſit εὐγενὴς quod γνώριμος) ἢ ἀρετῆς ἢ παιδείας, eminentiores & cogniti magis habentur. Si placet, vocemus Claros: quibus *h* plebei & obſcuri homines ab eodem præceptore opponuntur. Quapropter etſi demus omnẽ nobilem eſſe Clarum ſiue γνώριμον, (quod tamen

[g] Lib. 4. pol. cap. 3. ib. cap. 4.

[h] Lib. 5. pol. cap. 3. ter. 4. pol. cap. 4.

non niſi reſpectiuè accipiendum erit) non tamen omnis γνώριμος uel Clarus, erit Nobilis. Sunt enim in Rebuſpub. & diuitijs & virtute & doctrina clari, qui tamen pro Nobilibus non habentur. Verum eſt igitur quod *i* Plato alicubi ſcripſit: valde lubricam & fallacem eſſe viam, per nomina rerum quærere naturam earum, potius quàm per res ipſas. Quid enim ſi τὸ πρῶτον σφαλεὶς ὁ τιθέμενος?

[i] In Cratylo ſub fin.

θέμενος; Annectam his auream eiuſdem ſententiam; Εἰ οὖν ἐστὶ μὲν ὅτι μάλιστα δι' ὀνομάτων τὰ πράγματα μανθάνειν, ἐστὶ δὲ καὶ δι' ἑαυτῶν, ποτέρα ἂν εἴη καλλίων καὶ σαφεστέρα ἡ μάθησις; ἐκ τῆς εἰκόνος μανθάνειν αὐτήν τε αὐτὴν καλῶς εἴκασται καὶ τὴν ἀλήθειαν ἧς ἦν ἡ εἰκών; ἢ ἐκ τῆς ἀληθείας αὐτήν τε αὐτὴν καὶ τὴν εἰκόνα αὐτῆς, εἰ πρεπόντως εἴργασται;

Vide pro his Galenum lib. de cogn. & cur. an. pec. cap. 2. item lib. de ord. lib. ſuorum. item lib. de ſophiſ in uoce cont. item Ariſtot. lib. 2. phy. cap. ult.

Nec minus rectè *k* Hippocrates ante ipſum, quanquam obſcurius, idem ſignificauit nobis his verbis, οἶμαι δὲ ἔγωγε καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῆς, διὰ τὰ εἴδεα λαβεῖν. ἄλογον γὰρ ἀπὸ τῶν ὀνομάτων τὰ εἴδεα ἡγεῖσθαι βλαστάνειν, καὶ ἀδύνατον. Et ſanè mirum eſt Tiraquellum tamen, & tot alios interpretes, iſtius loci teſtimonio ad explicandas nobilitatis partes eſſe abuſos. Dubitat ille, an diuitiæ nobilitent. vt affirmet, adducit hunc locum, in quo tamen περὶ τῶν γνωρίμων agitur tantùm, non εὐγενῶν. Dicat, ſe nobile accepiſſe prout à latinis accipitur, nempe quia notum: iam igitur fruſtra dixerit antea, nobilitatem eſſe virtutem generis: iam fruſtra diſputet poſtea, de priuilegijs & prærogatiuis nobilium: nam nobiles iſta ſignificatione ſunt omnes paulò ditiores, eruditiores, virtuoſiores, & quicunque ſecundum aliquam πολιτικὴν δύναμιν (vt *l* Ariſtoteles loquitur) paulò ſuperiores habentur. Sed nos reprehendere poſthac nominatim quenquam hac diſputatione nolumus, cum tamen poſſemus bona conſci-

[k] Lib. de arte num. 3.

[l. Lib. 3. pol. cap. 9.

conſcientia multos. Rectum *m* cognitum iudex erit ſui & obliqui. Quorſum hæc dicta ſint, intelligent ij ad quos pertinent, id eſt, qui non rebus ſed vocibus philoſophari uolunt.

[*m*] *Ariſt. ib. cap. 5. Galen. lib. de opt doct.*

Nos ad noſtra reuertemur, *a* & imitati præceptorem, poſtquam planum fecimus quæ ſit inter ipſa nomina diſtinctio, non amplius de ipſis laborabimus: neq; enim effingere noua & rebus dare in præſentia uolumus. Certum eſt illud, Italicam vocem Gentil' huomo, & Gallicam Gentil' homme cum græca magis conuenire. Illa uerò quam communiter uſurpant Hiſpani Hidalgo à græca remotior eſt, quanquam rem ipſam explicet adhuc magis, quàm Latina, Significat enim quaſi Hiio hoc eſt Filius, & algo, quod eſt multum. Nec γενναῖος quoq; uel Generoſus idem eſt atq; εὐγενὴς, niſi eodem fortaſſe modo quo προαιρετὸν & *a* βουλευτὸν, uel προαιρετὸν & ἑκούσιον idem cenſentur. Non omnis Nobilis, eſt Generoſus, omnis tamẽ Generoſus, intelligitur Nobilis. Nobilitas in virtute Generis poſita eſt, Generoſitas autem in eo, ne à natura generis deſciſcat. Et nobilis dicitur, qui eſt ex bono laudatoq; genere natus, Generoſus autem qui ſui generis bonitatem & facta imitatur, uel à natura ſuorum non degenerat, ſed relictam ſibi à maioribus gloriam & virtutem tuetur. Poterit igitur aliquis non eſſe generoſus, qui tamen non deſinet eſſe nobilis: quemadmodum etiam eſſe *b* medicus uel geometra non deſinit aliquis, etſi ſit homo nequam. Verba ſunt *c* Ariſtotelis, εὐγενὲς μὲν γὰρ

[*a*] *1. Top. cap. 9.*

[*a*] *Lib. 3. Eth. cap. 3. & cap. 2.*

ἐστι

ἐστι τὸ ἐξ ἀγαθοῦ γένους: Γενναῖον δὲ τὸ μὴ ἐξιστάμενον ἐκ τῆς αὐτοῦ φύσεως. eadem planè ſecundo rhetoricorum libro repetijt. Cum igitur lib. 3. *d* Politicorum, ibi, πολῖται γὰρ μᾶλλον οἱ γενναιότεροι τῶν ἀγεννῶν, & in *e* Rhetorica ad Alexandrum, ὡς αὐτόν ἐστι γενναῖος συμβιβάζων ὡς εὖ γεγόνασι πάντες οἱ πρὸς ἀρετὴν εὖ πεφυκότες, &c. Ariſtotelem ſic loquentem audimus, meminerimus eius quod paulò ante de particula γένος diximus, atq; illius regulæ quam aliâs annotaſſe me, allatis exemplis recordor. Quia hæc vox Cauſſa id omne ſignificat apud Ariſtotelem, quod iſta vox Elementum, Elementum tamen nunquam apud eundem ſignificare totum id reperitur, quod Cauſſa ſignificat, idcirco peculiare aliquid Elementi vocabulo deſignari certò conſtat. Idem de Nobili dicimus & Generoſo. Non eſt etiam tam abſurdum uel inuſitatum ante & poſtquam nomina inter ſe finitima diſtincta ſunt, obiter ijsdem promiſcuè uti, atq; in rhetoricis præſertim, ubi res tales ad viuum reſecari nō eſt opus, cum à ciuili multitudine, apud quam demonſtrat Orator, & quæ de rebus adeò exquiſitè non ſolet inquirere, pro ijsdem habeantur: Sed ad iſtũ locum ex rhetoricis, planius adhuc à nobis infra reſpondebitur. Et Plato in priore Alcibiade atq; alibi paſsim γενναῖον & εὐγενὲς pro eodem habet. Nobis autem qui ex propoſito de nobilitate diſputare uolumus, proprietas vocabulorum omnino monſtranda fuit, & retinenda. Illud poſtremò notabimus, appellationem εὐγενὴς apud

[b] *Plutarch. in lib. pro nob.*

[c] *lib. 1 de hiſt. an. cap. 1. lib. 2. rhet. cap. 15.*

[d] *Cap. 8.*

[e] *Cap. 34.*

298

Ariſtotelem ſemper in bonam accipi partem, Generoſi autem etiam in malam. Sic Lupum *f* vocat Generoſum, quòd non deſciſcat à ſua natura, quam tamen his verbis deſcribit, τὰ [illegible]αῖα καὶ ἄγρια καὶ ἐπίβουλα, οἷον λύκος. Apud Latinos [illegible]bilis appellatio malis etiam rebus tribuitur. In cauſſa eſt æquiuocatio quam ſuprà monſtrauimus. Nobilem ipſi hoc vno definiunt, quòd notus ſit. Ex quibus colligitur: Non multum eſſe ipſam per ſe Generoſi denominationem, imò neq; Nobilis, ea quoq; ſignificatione qua εὐγενείᾳ reſpondet. In priori verbo latent inſidiæ: alterum quanquam ſit liberalius, non multum tamen ad gloriam ſecum affert. Maximus certè illi honos adhibetur, quem Nobilem ſimul & Generoſum nominamus. Iſto titulo nullus dari maior, nullus honorificentior homini ab homine poteſt. In iſto continentur omnes alij, Magnificus, Prudens, Sapiens, Doctus, Illuſtris, Excellens, Serenus, Altus, & ſi qui alij ſunt huiuſmodi, à nullo alio continetur ipſe. Se ipſos igitur fallunt, qui poſthabita luce ac veritate rerũ, vmbra & fumo vulgarium titulorum quorũdam, quibus obſcuratur fama potius quàm illuſtratur, hodiè tantopere delectantur. Vbiq; nunc abuſus obtinet: nobis tamen ſi non loquendi, at ſentiendi ſaltem cum ſapientibus integrum (ut ſpero) relinquetur. Reformare mundum nolumus: dicere duntaxat quod res eſt, habemus in animo. Neq; enim ſuperlatiua iſta Illuſtriſſimus, Excellentiſſimus, Sereniſſimus, Altiſſimus, tantum re vera dare Principi poſſunt, quantum illa Nobiliſſimus Generoſiſſimusq;. Rex ipſe Galliæ cum in ſermonibus familiaribus iuramen-

[f] 1. de hiſt. an. cap. 1.

mentum (vt ſit) interponere aliquando uult, non alio uti ſolet (hoc à ſuis maioribus ipſum accepiſſe aiunt) quàm Foy de Gentil'homme, quod multis quoq; Italiæ Principibus eadem ratione uſitatum eſſe conſtat, A'fe da Gentil' huomo. Sed iſtud tamen non ſatis etiam eſſe ad fidem faciendam, & antea diximus, & ex ſequentibus magis liquebit.

CAP. V.

Quid ſit Nobilitas, Gloria: Natura parentum in Filijs: Origo Nobilitatis. Variæ cauſſæ cur Nobiles degenerent. Nothi.

NVnc ſi alteram definiendi rationem ſequamur, nõ malè vt arbitror, hoc pacto Nobilitatem definiemus. Nobilitas eſt Dignitas Generis redundans in eos, qui ex tali genere legitimè ortum ducunt. Dignitatem quidem ſtatuimus, quoniam Nobilis hoc ipſo quod nobilis eſt, ſplendorem & lucem quandam affert ſecum, qua dignior eſt & præſtat ignobili. Qualitates haſce animi, corporeis iſtis accommodatiſsimis exprimi à nobis, rerum intelligentes æquo animo, quod ſcio, patientur. Et [a] Euripides de nobili loquens, ait, γαῦρον σπέρμα ἔχων, quaſi elatum uel præſtantem: & alio [b] loco, λαμπροὶ γὰρ εἰς γένος γε, quaſi genere ſplen-

[a] *In Bellerophonte.*

[b] *In Electra.*

reſplendidi. & c Galenus de nobilitate agens, his ipſis utitur verbis, γένος περιφανέστατον. & paulò poſt, ὅσοις δὲ οὐ λαμπρὸν καὶ διάσημον τοῦ γένους. Alij dicunt Ornamentum, ſed eodem hæc omnia recidunt. Et propoſitiones illas quas omnem docendum præſcire, non modò propter earum euidentiam, ſed etiam propter uſum neceſſe eſt, Axiomata eo nomine uocantur à d Græcis, quaſi dignißimæ ſint, quibus procul dubio ſine ulla adhibita demonſtratione credatur. e Ariſtoteles autem noſter & præſtantiam & dignitatem expreſsit his verbis: οἱ κατὰ γένος ὑπερέχοντες οὐκ ἀξιοῦσι τῶν ἴσων αὐτοὺς διὰ τὴν ἀνισότητα ταύτην. & f alibi γενεαλογίαν his quidem hominibus ἔνδοξον, illis verò ἄδοξον eſſe ſcripſit. & paulò poſt, ἐὰν δὲ μηδὲν ἀπὸ τῶν προγόνων ἔνδοξον ὑπάρχῃ, &c. Sed clarius in libro g ſecundo rhetor. ἐστὶ δὲ εὐγένεια ἐντιμότης τις προγόνων. Vnde autem talis præſtantia dignitasque naſcatur, in ſequentibus aperietur. Generis autem dignitatem eſſe dicimus, quia ſi generis non ſit, nullam conſtituit nobilitatem, quemadmodum particula etiam ipſa εὐγένεια demõſtrat. Ariſtoteles nuſquam de nobilitate ſermonem fecit, quin iſtam particulam immiſcuerit quoque (vel ipſi æquiualentem, nam προγόνων ἀρετὴν, ἀρχαίαν ἀρετὴν & γένους ἀρετὴν pro eodem accipit) Eſt enim totius rei cardo, vt paulò poſt audiemus. Loca deſcribere, cum tam multa ſint, ſuperſtitioſum

[c] in ſuaſ. ad art. ca. 4.

[d] Themiſt. lib. 1. poſt. cap. 5.

[e] Lib. 5. pol. cap. 1.

[f] In rhetor. ad Alex. cap. 34.

[g] Cap. 15.

ſum fortaſſe uideri poſſet: ſatis erit rem indicaſſe. Ac proinde reprehendebatur Euripides & quidem iure, qui alicubi g dixerat, Nobilem eſſe non qui maioribus longo iam tempore bonis natus ſit, ſed qui vir bonus ipſe ſimpliciter fuerit, τὸ δὲ (inquit Ariſtoteles) οὐκ ἐστὶν. ἀλλ' ὀρθῶς ζητοῦσιν οἱ τὴν ἀρχαίαν ἀρετὴν προτιθέντες.

[g] *In frag. de nobil.*

Plato quoque in b omnibus locis, quibus nobilitatis meminit, eandem vocem retinet, & uel idem uel alius quiuis fuerit, Nobilitatem i definit, vt ſit ἀρετὴ εὐγενοῦς ἤθους. Hoc vulgò concedunt: & qui uel nobilitatis vocem efferre duntaxat norunt, tale quippiam ipſa ſignificari confitentur. Hinc ratio elicitur, quamobrem nobiles cum Reipub. adminiſtrationem ſibi arrogant, eo etiam iure utantur, quod Ariſtoteles ijs verbis attigit, πολῖται γὰρ μᾶλλον οἱ γενναιότεροι τῶν ἀγεννῶν. Nam apud a Bizantinos pro ciue tantùm habebatur, qui patre & matre ciuis eſſet: b apud alios autem, qui & auum & proauum & atauum habuiſſet ciuem: quam definitionem vt non probat Ariſtoteles, quaſi non explicantem ciuis naturam, ita etiam non improbat, quaſi ab uſu adminiſtrationeque ipſa Reip. nō alienam. Nobiles ergo, quia hoc ipſo nobiles domi ſuæ ſunt & putantur eſſe, quòd multos auos in ciuitate habuerint, iure ſe πολίτας μᾶλλον appellare poſſunt, eoque nomine de principatu cum ignobilibus in Rep. contendere. Atque hoc etiam differt nobilitas à Gloria,

[b] *Vid Alcibiad. 1. Charmidem. Theagem.*

[i] *In Definit.*

[a] *Lib. 2. œcon.*

[b] *Lib. 3. pol. cap. 1.*

quam

quam δόξαν uel κλέος Græci dicunt, quòd hæc nihil aliud ſit quàm ſplendor ille, qui in aliquo ex bona illius fama, honoribusq; in eum collatis exoritur: omnino nanq; ſplendor iſte & lux de qua loquimur, & quam vocamus gloriam, non eſt εὐδοξία, quam definit (rhetoricè tamen) *c* Ariſtoteles, vt ſit, ſtudioſum virtutis virum ab omnibus haberi, uel huiuſcemodi quippiam bonum in ſe habere, quod omnes, aut ſaltem multi, aut boni, aut prudentes homines habere ipſi appetunt: & quæ differt ab honore, quod hoc ſit ſignum ſiue potius εὐδοξίας effectum, vt paulò poſt dicendum erit. Gloria vtrunq; ſequitur, & εὐδοξίαν propter virtutem benefactaq; conceptam, & honores propter εὐδοξίαν collatos. Quæ omnia breuiter Ariſtoteles, appoſitè tamen ſignificantiſsimeq; his verbis *d* indicauit, καλὰ δ' ἐστὶν ἀφ' ὧν εὐδοξία τις, en primum, καὶ τιμή τις ἔνδοξος, en ſecundùm quaſi ex primo, & tertium quaſi ex vtroq;, γενήσεται τοῖς πράξασιν. ἐνδόξους enim Ariſtoteles vocat, quos nos glorioſos appellamus. Sed ad propoſitum reuertamur. Nobilitas eſt quidem & ipſa dignitas quædam, & lux ex honeſtate honeſteq; factis emanans, attamen non eius præciſè qui nobilis dicitur, ſed aliunde, id eſt, à maioribus emanans. Sic Nobilis aliena virtute, Glorioſus autem ſplendore in ſe exoriente, non aliena luce dicetur. Sic nobilitatem accipimus, gloriam acquirimus: ſic naſcimur nobiles, glorioſi ſimus. Diuinus *e* præceptor ita diſtinxit his verbis, πρέπει δὲ οἷς τὰ τοιαῦτα προϋπάρχει δι' αὐτῶν, ἢ διὰ τῶν

[c] *P. rhet. cap. 5.*

[d] *In rhet. ad Alexan. cap. 1.*

[e] *4. lib. Nicom. cap. 2.*

τῶν προγόνων, Hi ſunt Nobiles, οἱ ὧν αὐτοῖς μέτεσι, hi ſunt Glorioſi. Sic enim ſe ſtatim explicat ibi, καὶ τοῖς ἐυγενέσι καὶ τοῖς ἐνδόξοις. Quo etiam Generoſus à Virtuoſo differt, quòd hic nullum ſibi proponat imitandum, ille nõ niſi relatione ad veſtigia maiorum intelligatur. Quanquam autem initiò conſtituerim, nolle me hac diſputatione, Nobilitatis pædagogiam profiteri, ſed naturam eius duntaxat docere, vt in tanto abuſu rerum & nominum, qui reuera nobiles & ignobiles eſſent, intelligeretur: attamen occaſione adeò apertè oblata, ſilentio præterire id non poſſum, de quo *f* Galenus ad hoc propoſitum ſapientiſsimè nos præmonuit: Meminerint ſcilicet nobiles, ſe illuſtriore & ſplendidiore quodam loco poſitos, homines latere nõ poſſe (ποιεῖ γὰρ ἐμφανεστέρους τὸ ἀξίωμα inquit *i* Ariſtoteles) & multò etiam magis eorum vitam atque actiones cognoſci, quàm ignobilium, qui cum ex obſcuro loco exiuerint, hoc habent commodi, vt quales ſint, multos latere poſsit. Nunc ad prima. Redundare autem dicimus dignitatem & præſtantiam, hanc maiorum in poſteros, non modò quia (vt *g* Cicero inquit) valeat apud nos clarorum hominum & bene de Republica meritorum memoria etiam mortuorum in ipſis poſteris excitata, ſed quia conſentaneum eſt (vt inquit *h* Plato) meliores eſſe naturas in genere nobili: verba illius iſta ſunt. Socr. πότερον εἰκὸς ἀμείνους

[f] *In ſuaſ. ad art. cap. 4.*

[i] *Lib. 2. rhet. cap. 17.*

[g] *In orat. pro P. Sextio.*

[h] *In Alcibiad. 1.*

γίγνεσθαι φύσεις ἐν γενναίοις γένεσιν, ἢ μή; Alcibiad. δηλονότι ἐν τοῖς γενναίοις. Idem dixit Ariſtoteles ibi, ἀξιοῦσι γὰρ ὥσπερ ἐξ ἀνθρώπου, καὶ ἐκ θηρίων γίγνεσθαι θηρίον, οὕτω καὶ ἐξ a ἀγαθῶν ἀγαθόν. & b alibi, ἔτι διότι βελτίους εἰκὸς τοὺς ἐκ βελτιόνων. c Item, ἔτι δὲ οὐκ ἄδηλον εἶναι πᾶσιν, ὅτι τοὺς ἐξ ἀγαθῶν γενομένους εἰκός ἐστι τοῖς προγόνοις ὁμοιοῦσθαι. d Item, σπουδαῖον δὲ ἐστι γένος, ἐν ᾧ πολλοὶ σπουδαῖοι πεφύκασιν ἐγγίνεσθαι. συμβαίνει δὲ τὸ τοιοῦτον, ὅταν ἐγγένηται ἀρχὴ σπουδαία ἐν τῷ γένει. ἡ γὰρ ἀρχὴ τοιαύτην ἔχει τὴν δύναμιν, πολλὰ παρασκευάζειν, οἷα περ αὐτή. Τοῦτο γὰρ ἐστὶν ἀρχῆς ἔργον, ποιῆσαι οἷον αὐτὴ, ἕτερα πολλά. Et ſanè ſi loci e conditio, quod etiam ſupra dicebamus, tantum valet in hominum moribus, quãtum valere natura progenitorum debebit? Iuſtè admiratur iſtud Euripides,

[a] *Lib. 1. pol. 5.*

[b] *Lib. 3. pol. cap. 8.*

[c] *In rhet. ad Alex. cap. 34.*

[d] *In frag. de nobil.*

[e] *Plat. in fine V. de leg.*

φεῦ φεῦ, τὸ φῦναι πατρὸς εὐγενοῦς ἄπο
ὅσην ἔχει φρόνησιν, ἀξίωμά τε. & n alibi,
τοσόνδε παῖδας σωφρονοῦν τ' ἠσχηκότα
πῶς οὖν ἂν ἐκ τοιοῦδε σώματος κακὸς
γένοιτ' ἄν. οὐδεὶς τοῦτο μ' ἂν πείθοι ποτέ.

[n] *In Heraclidis.*

Tanta vis eſt naturæ. Sed hoc ipſum quod hoc loco Naturam vocamus, quid ſit, à ſapientibus quæritur. Varias perfectione promptitudineq; facultates animæ noſtræ, varios mores, ſtudiaq; varia à corporis & inſtrumen-

ſtrumentorum animæ varia conſtitutione, præſertim naturali ex temperamento conformationeq́ contracta effici Galenus dicet. Et Ariſtoteles non repugnabit: qui [o] ſemen parentis & præſertim maris cauſſam vocat efficientem. In quo tamen ſemine, non modò id quod ex temperamento elementorum conſtat conſiderandum eſt, vt craſſitudo ſubſtantiaq́, ſed diuinius aliquid aliud atq́ cœleſte nullius elementi particeps. Hoc ipſo, caro eſt caro (vt Ariſtoteles loquitur) atq́ os, os: Et in hoc ipſo, animæ omnis corporeæ poteſtas, quæ cum ſpiritibus ex parentis vniuerſo corpore, maximè autem ex principibus partibus in teſtibus per vaſa cordis, epatis & cerebri accepta eſt, quaſi deliteſcens conſiſtit, tum ſeſe oſtentans, cum expreſſam ſolidamq́ perfectionem materiæ habilitas obtinuerit. ὅσα φύσει γίνεται (inquit) ἢ τέχνη ὑπὸ ἐνεργείᾳ ὄντος, en parentis corpus, ἐκ τοῦ δυνάμει τοιούτου, en ſemen à parente deciſum: & ipſemet addit, τὸ μὲν οὖν σπέρμα τοιοῦτον: ſequitur, καὶ ἔχει κίνησιν καὶ ἀρχὴν τοιαύτην, à parente nimirum, qui actu talis erat, quale ſemen eſt poteſtate. ὥστε παυομένης τῆς κινήσεως, at non ceſſat niſi planè accomodata materia, γίνεσθαι ἕκαστον τῶν μορίων, καὶ ἔμψυχον. Et ne quis exiſtimaret, hanc vim ſeminis à parentibus ex elementorum temperatione proficiſci, addit, σκληρὰ μὲν οὖν καὶ μαλακὰ καὶ κραῦρα καὶ ὅσα ἄλλα πάθη ὑπάρχει τοῖς ἐμψύχοις μορίοις, θερμότης καὶ ψυχρότης ποιήσειεν ἄν: τὸν δὲ λόγον, ᾧ ἤδη τὸ μὲν σὰρξ, τὸ δὲ ὀστοῦν οὐκ ἔτι, ἀλλ' ἡ κίνησις ἡ ἀπὸ τοῦ γεννήσαντος τοῦ ἐντελεχείᾳ ὄντος, ὅ ἐστι δυνά-

[o] 2. *Phyſ. tex.* 31. 1. *de gener. anim. cap.* 4. *& cap.* 1.

δυνάμει, ἣ ἐξ οὗ γίνεται, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν γινομένων κατὰ τέχνην. Quæ omnia expreſsius adhuc tertio eiuſdem tractationis capite repetit: Et ſanè hîc non ſat eſſet primarum duntaxat qualitatum habere rationem: mores enim non planè ducuntur ab illis. Sit u. g. ira à ſiccitate, lentitudo ab humiditate, ſunt tamen affectus quidam & mores, qui in omni temperatura aut ſaltem pluribus ijsq; diuerſis æquè inueniuntur. Vix dicere poſſis, quænam temperatura pro cauſſa voluptatis, odij, inuidiæ, maledicentiæ, auaritiæ, crudelitatis, fraudulentiæ, ſit accipienda. Neq; adeò temperari (quidquid *m* Galenus quodam loco dicat) parentum caliditas uel frigiditas, vel cuiuſuis alîus qualitatis exceſſus poteſt, vt propterèa mores in ijs mutentur, & nô ſimiles in ſobolem transferantur.. Vnde hæc igitur? Nô ex eo quod ab elementis ſemen habet, ſed alio quopiam, quod *b* cum ſeipſo tale ſit, vel ſi placet, à cœlo ſyderumq; *a* potentia, quam progenitricis loco Veteres omnes habuerunt, tali ac tali proprietate pictum, filijs cû ſemine ipſo infunditur. Atq; hoc ipſum Plato *b* ſignificauit, cum dixit, Homines à Deo ſic genitos, vt qui apti futuri eſſent ad imperandû, eorum animis à prima generatione admixtum ſit aurum, alijs argentum, agricolis & opificibus æs ac ferrum: ingenium nempe virtutesq; iſtas naturæ deſignans, quarum cauſſæ nullis indagationibus ab humano ingenio poſſunt erui, τοιὸς γὰρ νόος ait

[m] *Lib. de ſan. tuen. cap. 8.*

[b] *Proclus ita ſentit.*

[a] *Lib. 2. De gen. an. cap. 2.*

[b] *In lib. 3. de rep. uide Ariſt. lib. 2. pol. cap. 3.*

ait quoq; Homerus ad hoc propoſitum, ἐσὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων. οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγησι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. quo etiam ſpectant illa noſtri o Philoſophi, κινεῖ γάρ πως πάντα τὸ ἐν ἡμῖν θεῖον: ἀρχὴ δὲ τοῦ λόγου, οὐ λόγος ἀλλά τι κρεῖττον.

[o] *7. ad Eudem. cap. 18.*

Argumentum eſt ferè demonſtrans, Phyſiognomiæ non tantum fidei præſtandum eſſe, quantum ex neotericis quidam contenderunt. Quæ tamen (vt hoc dicamus obiter) ſi non omnem, ſaltem quandam naturæ propenſionem ſine dubio poteſt indicare. Vt non omnino fruſtra, a Pythagorei de adoleſcentum erudiendorum indole, iudicium ex ea ferre conſueuerint. Atq; extat Zopyri b Phyſiognomici de Socratis ingenio moribusq;, vera & ipſiusmet Socratis teſtimonio cõfirmata prædictio. Sed ad rem.

[a] *Procl. in Alcib. Plat.*
[b] *Alex. Aphrod. lib. de fato cap. 4. Cicero, lib. de fato.*

Mens ipſa quoq;, etſi ſit à corporis natura diuerſa, extrinſecusq; illabatur, motibus tamen corporis afficitur & mutatur, prout a Ariſtoteles mille in locis ſcriptum reliquit: mutatur inquam non per ſe, ſed ratione animæ ſentientis, quæ ipſi ſeruit in operando, cum alioquin corporeo aliquo inſtrumento ipſa non utatur, vt ſenſus, & ſecundùm ſuam ſubſtantiam immixta ſit corpori, à quo non alia ratione dum in eo eſt, pendere dicitur, quàm quoniam rerum intelligibilium formæ in phantaſmatis reſident, quæ ſine corpore non ſubſiſterent.

[a] *Lib. 1. Phyſignom. 2. prior. analyt. cap. ult. 4. de gener. an. x. 14. ſect. probl. 1. 5. ſect. probl. 1.*

His igitur ita ſe habentibus, liquet non temerè Homerum, Euripidem, Hippocratem, Platonem, Ariſtotelem, ac Sapientiores quosuis, imò vero publicum totius orbis conſenſum Naturæ parentum in ſucceſsione prolis efficacitatem adeò celebraſſe, & Poëtam noſtrum alios imitatum ſic ceciniſſe:

Horat. in lib. 4. Carm. Od. 4.

Fortes creantur fortibus & bonis,
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Quo ipſo Terentianus etiam ille Chremes quaſi pro certa vtebatur norma ad æſtimandum filium cum Soſtrata rixans.

In Heaut. ſcen. 4. act. 4.

Is quod eſt conſimilis moribus
Conuinces facilè ex te natum, tui ſimilis eſt probè
Nam illi nihil vitij relictum eſt, quin id itidem ſit tibi.
Tum præterea talem niſi tu nulla pareret filium.

Hæc vera nobilitatis origo eſt: Quam igitur aliam Philoſophi iſti plebei ex hiſtorijs quærunt? Cum hominibus ipſa quoque cœpit: Tunc minus cognita, cum virtutis pulchritudo & venuſtas, minus perſpecta & culta fuit. Hæc verò tum coli maximè cœpit, cum homines qui ad ſocietatem ciuilemque *d* conuictum etiam ſi ope mutua nihil indigeant, procliues ſunt, cum antea diſperſi vagarentur, in vnum congregari, ac ciuilibus officijs inſtitui cœperunt. Inde orta in ijsdem admiratio, ſi

[*d*] *Lib. 3. pol. cap. 4.*

tio, ſi quis multa magnaq; adiumenta ad ciuilem ſocietatem conſeruandam afferret, quod ipſum virtutis eſt opus. Primos illos homines (inquit *e* Ariſtoteles) ſiue ex ipſa terra, ſiue ex paucis aliquibus poſt maximam aliquam & vniuerſalem internecionem ſeruatis hominibus geniti fuerint, probabile eſt *ὁμοίους εἶναι καὶ τοὺς τυχόντας καὶ τοὺς ἀνοήτους. ὥσπερ καὶ λέγεται κατὰ τῶν γηγενῶν.* Atq; alibi *f* ſcripſit, temporibus illis Heroicis, ſi quis vel artem aliquam utilem inuenire, vel aliunde importatam ſuis tradere potuiſſet, aut etiam multitudinem diſſipatam, & paſſim more belluarum incertis ſedibus vagantem, in vnum congregare, vt de Orpheo, Amphione, Theſeo ſcribitur, eum in principem & Regem eligi, atq; imperium poſteris eiuſdem hæreditario iure tradi ſolitum. Tanta virtutis penuria & caritas tunc erat. Quæ cauſſa etiam fuit, vt ſub Regibus primò fuerint homines, quàm ſub Repub. *καὶ διὰ τοῦτ' ἴσως ἐβασιλεύοντο πρότερον, ὅτι σπάνιον ἦν εὑρεῖν ἄνδρας πολὺ διαφέροντας κατ' ἀρετήν.* Temporis verò ſucceſſu, creſcente virtute virtuoſorumq; copia, non amplius Regna tolerare voluerunt, *ἀλλ' ἐζήτουν κοινόν τι καὶ πολιτείαν καθίστασαν.* Impiè uerò hîc Viues, Nobilitatem bello, latrocinijs, fraudibus, ſpoliationibus partam & conſeruatam teſtatur.

Quid enim hæc ad nobilitatis originem? quid ad nobilitatis naturam? quòd ſi cauſſas intelligat, à quibus illa fluit,

[e] 2. pol. cap. 6.
3. de gen. an. X.

[f] 3. pol. cap. 10.
5. pol. 10.

Lib. 2. de fam. Chriſt.

ſluit, tam poſſunt iſta pro cauſis accipi nobilitatis, quàm poſſunt virtutis. ἐστὶ γὰρ εὐγενὲς κατὰ τὴν τοῦ γένους ἀρετήν. At qui nobilitatem rem ſtultam nominant, his opponunt quæ haud rarò videntur: Multos nimirum ex claris ortos *b* parentibus degeneraſſe, quod ab Ariſtotele quoque multis in locis ſcriptum legitur. Vnum adducam qui comprehendit omnes. γενναῖον δὲ κατὰ τὸ μὴ ἐξίστασθαι ἐκ τῆς φύσεως, ὅπερ ἐπὶ πολὺ οὐ συμβαίνει τοῖς εὐγενέσιν. ἀλλ' εἰσὶν οἱ πολλοὶ εὐτελεῖς. Vt quod de vna parte noſtri dicebat *a* alibi, de altera *b* credendum uideatur. Natura uult quidem corpora liberorum hominum diuerſa, ac ſeruorum facere, vt hæc nempe robuſta & deformia ſint ad neceſſarios uſus, illa recta & pulchra, non ad talia munera, ſed ad vitam ciuilem, quæ partim in bello, partim in pace verſatur, obeundam accommodata: Sæpe tamē accidit, vt natura quod uult non aſſequatur: & quandoq; eam corporis dignitatem quæ homini libero conueniret, ſerui, & contrà qui ad imperandum nati ſunt homines ingenuiq;, corpora deformia ſeruiliaq; obtinuerint. Sic ex bonis bonum uult quidem efficere natura ſæpe, non tamen poteſt. Huc etiam inter Generoſum & Nobilem diſcrimen allatum, pertinet. Omnis enim nobilis, generoſus eſſet quoq;, ſi natura iſta nunquam falleret. Et, quod vrget magis, non modò diſsimilibus moribus, ſed peioribus etiam quàm qui ex ignobilibus naſcuntur, ex nobilibus naſci

[*b*] *Ariſt. in rhet. ad Alex. cap. 34.*
Lib. 2. rhet. cap. 15.
Lib. 1. pol. cap. 3.

[*a*] *Lib. 1. pol. cap. 3.*

[*b*] *Ibid. cap. 4.*

naſci plerunque filij ſolent. Id ipſum cecinit antea Homerus, *Odyſſ. lib. 2.*

παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται.
οἱ πλέονες, κακίους.

Et Ariſtoteles, *2. rhet. cap. 15.*

ἐξίσταται δὲ τὰ μὲν εὐφυῆ γένη εἰς μανικώτερα ἤθη, οἷον ἀπὸ Ἀλκιβιάδου καὶ οἱ ἀπὸ Διονυσίου τοῦ προτέρου: τὰ δὲ στάσιμα εἰς ἀβελτερίαν καὶ νωθρότητα, οἷον οἱ ἀπὸ Κίμωνος καὶ Περικλέους καὶ Σωκράτους.

Cicero etiam de [e] Dolabella loquens monuit, Nobiles ſolere, ſeu rectè ſeu perperam facere cœperint, ita in vtroque excellere, vt nemo ignobilis aſſequi poſsit. Quorum hominum ſententiæ quid aliud indicant, quàm nobilitatis opinionem, non à ſapientibus, ſed à magno erroris magiſtro populo ali? Sed quanquam verè iſta dicantur, rem tamen ipſam, hoc eſt, Nobilitatem non conuellunt. Cauſa itaque iſtius euentus explicanda. Non ſola natura bonos homines effici antea quoque ex Ariſtotelis authoritate diximus. Habilem natura facit non dat habitum: inclinat, non cogit: (in quem ſenſum & non alium accipienda eſt illa Platoni adſcripta definitio Nobilitatis, vt ſit Ευαγωγία ψυχῆς πρὸς λόγους καὶ πράξεις) cui niſi doctrina & præcepta Magiſtræ morũ Philoſophiæ præſtò ſint, quid mirum ſi plerunque præceps ad malum agatur? Permagni illud intereſt, de quo Ariſtoteles ſeptimo libro [f] Politicorum verba fecit: Vt corpus hominis prius gignitur quàm anima, & pars animæ rationis expers

[e] *In orat. pro P. Quintio.*

[f] *Cap. 15.*

uel appetitus, prius quàm mens & ratio, ſic primis illis temporibus ætatis, ſenſu duntaxat uiuimus, mens & ratio ipſa per ſe non expergiſcitur, niſi externus qui clamet Præceptor adſit. Vt ut autem appetitus bene propenſus atque affectus à patre fluxerit, appetitus tamen eſt, atque rebus caducis & corporeis, quæ naturæ ſuæ conueniunt, facilè mouetur. Idipſum non de puero modò, ſed etiam de ſapiente Princeps Peripateticorum, aduerſus rigidam illam Stoicorum opinionem hiſce verbis g protulit, κρεῖττον δὲ ᾧ μὴ πρόσεστι τὸ παθητικὸν ὅλως ἢ ᾧ συμφυές. τῷ μὲν οὖν νόμῳ τοῦτο οὐχ ὑπάρχει. ψυχὴν δ' ἀνθρωπίνην ἀνάγκη τοῦτ' ἔχειν πᾶσαν. Quid mirum igitur, ſi tenerior illa ætas nullis ſuffulta adminiculis in contrariam naturæ ſuæ n partem flectatur? ſi appetitus conſuetudine ad malum conuerſus (ita m enim eſt à natura factus, vt ad vtranque partem ſe conuertendi facultatem habeat) proba inſtitutione atque educatione non cohibitus, tantas poſtea vires ſumat, vt adultus etiam, atque exorto rationis lumine, ipſe tamen adhuc ſibi vendicet principatum? Atque hoc in cauſſa fuit, vt Sapientes ferè omnes, qui uel Reſpublicas conſtituerunt, uel præceptis ac legibus eaſdem communiuerunt, de liberorum b educatione inſtituenda potiſsimùm laborauerint. Cuius cum multa præcepta extent, illa tria inprimis, quibus reliqua continentur, proponi ſolent: Vt nimirum

[g] *Lib. 3. pol. cap. 11.*

[n] 4. *pol. cap. 11.*

[m] *Simpl. in Epict. com. 1.*

[b] *Ariſt. 8. pol. cap. 1. & 2.*

mirum in prima generatione infantiaq́ corporis habeatur cura: deinde *i* verò appetitus, vt moralibus virtutibus per optimam institutionem educationemq́ informetur: hæc ipſa nanq́ pars *k* animæ illa eſt, in qua virtutes omnes morales generantur: Tandem ut ætate paulò amplius progreſſa, mens ipſa (hæc enim finis *m* eſt, ad quem generationem & morum institutionem accommodare oportet) ſcientijs artibusq́ nõ modò præclaris atq; utilibus, ſed etiam cõuenientibus informetur. Neq; enim ut *a* Ariſtoteles quoq; Euripidis teſtimonio ſcripſit, eadem inſtitutio Principis eſt, quæ ciuis: ὥσπερ καὶ φαίνονται οἱ τῶν βασιλέων υἱεῖς ἱππικὴν καὶ πολιτικὴν παιδευόμενοι. Et paulò poſt. ὡς οὖσαν τινα ἄρχοντος παιδείαν. Prima igitur hæc & potiſsima tanti mali cauſſa eſt. Sequitur altera, de qua verba fecit *b* Plutarchus ex Xenophonte: quòd homines qui alioqui ſunt nobiles & virtuoſi, aliquando uel honorum, uel potentiæ, uel factionis, uel opum ac diuitiarum, uel etiam pulchritudinis gratia (ſunt enim homines quantumuis ſapientes) ignobilem & non bene moratam vxorem ſibi adiungant: quæ vt coniunctiſsimum quoddam eſt in generatione filiorum principium, ita ualidiſsimum eſt ad naturam eorundem deprauandam, ſi ſit malum. Quapropter illud in negocio vxoris eligendæ maximè omnium

[i] *Ariſt. li.7.pol.ca.15.*

[k] *Lib.1.mag.mor. cap. 6.*

[m] *Lib. 7. pol. cap. 15.*

[a] *Lib. 3. pol. cap. 3.*

[b] *In opuſc. pro nobil.*

306

omnium expedit, vt ad alios ſapientiores qui plus uident, prudentiores qui animi affectionibus carent magis, & qui nos ament, curam omnem referamus. Verba Xenophontis hæc ſunt: Ταῦτα τὰ ἔπη λέγει τοὺς ἀνθρώπους ἐπίστασθαι γεννᾶν ἐξ ἀλλήλων καταγίγνεσθαι τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, κάκιον ἀεὶ μιγνύμενον τὸ χεῖρον τῷ βελτίονι. Neq; parum momenti ad prolis naturam affert, quo loco & qua ætate maritalis coniunctio nobilium fiat. Non omnis enim ætas generationi apta eſt, ſaltem perfectæ. Adoleſcentium fœtus immaturi ſunt vt corpore ita & mente, quam vnà etiam cum corpore ſeneſcere in [c] Politicis appoſitè docemur (ἐστὶ γὰρ ὥσπερ καὶ σώματος καὶ διανοίας γῆρας,) Quapropter neq; extrema ſenectus procreationi eſt idonea: ſed illa ætas in qua corpus & mens maximè vigent, accommodatiſsima. De qua etiam re in bene inſtitutis Rebuſpublicis ſtatutæ [d] leges erant. Nunc non iſtæ modò, ſed aliæ multæ rectiſsimè conſtitutæ, ſunt abrogatæ: omnia propè ambitione, auaritia, intemperantiaq; hominum in peius mutata. Illud poſtremò obſeruarunt Medici, quod ad Aphroditicam monomachiam pertinet. Sunt qui languidè & oſcitanter, ſunt qui ebrij, ſunt qui non adeo intenta in rem ipſam mente luctentur. Quorum fœtus à parentum natura generoſitateq; deſciſcere veriſimile eſt. At, qui ardentius attentiusq; & cum voluptate rem agunt, ſimilis propemodum indolis & paris conditionis filios ſuſcipere ſolent.

[c] *2. pol. cap. 7. 7. pol. cap. 18.*

[d] *Plat. in VI. de legib. Ariſt. lib. 7. pol. cap. 16.*

ſent. Sic igitur ſi ingenium illud acutum & ſolidum maiorum uel tantillum ob vnam ex hiſce cauſsis flacceſcere incipiat, paulatim incremento in poſteris accepto, in inſanum ac ſtolidum hebeſq; (labi nanq; ſolent omnia in res propinquas) tandem conuertitur. Horum rationem à me alio loco expoſitam eſſe recordor. Nunc aliud agimus. Pro quibus tamen faciunt etiam illa, quæ Galenus libro de hiſt. Philoſophica ex Parmenidis, Empedoclis, & Stoicorum ſententia ſcripſit. Quòd autem peioribus etiam moribus Nobiles eſſe, quàm alij ſoleant, cauſſa illa generalis eſt, quòd naturam habeant ad omnia paratiorem, plurimumq; ingenio valeant cogitationeq;. Idem affert pro cauſſa diuinus *e* Præceptor in re ſimili,

[*e*] *Sect.29 probl.7.*

,, Cur homo qui adeò eruditione
,, præditus eſt, animantium om-
,, nium fit iniuſtiſsimus? ἢ ὅτι πλείςυ λογισμῦ κεκοινώνηκε: *Μάλιςα ὖν τὰς ἡδονὰς καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἐζήτακε. ταῦτα δὲ ἄνευ ἀδικίας ἐκ ἐςί.*

Quapropter cum virtutibus moralibus careant, naturalibus autem perfectius inſtructi atq; armati ſint quàm bruta, & quàm ignobiles eſſe ſoleant, mente cogitante ſuggerenteq;, *f* importuniſsimi omnium immaniſsimiq; fiunt, in venerem gulamq; turpiſsimi. Multæ præterea nobilibus, cum in tanta exiſtimatione, authoritate, fide, ubiq; præ cæteris habeantur, ſeſe offerunt occaſiones, quibus adiuti, plus malè agendo præſtare, quàm alij valcant, Quo etiam reſpectu nobiliſsimos ac ditiſsimos quoſq; μεγαλοπόνηςυς μᾶλλον,

[*f*] *Lib. p. pol. cap. 2.*

& contra pauperrimos *μικροπόνηρους λίαν*, eſſe ſolere, in [g] politicis à Magiſtro ſcriptū eſt. Neque illud eſt parui momenti, quòd cum ambitio poſtremus ſit morbus, qui ab homine recedat, ea tamen grauius nobiles tentantur, quàm ignobiles. Eius rei cauſſa redditur ab [h] Ariſtotele in rhetoricis: Commune omnium eſt hominum, vt bona quæ præcipuè poſsident quæcunque illa ſint, augere ſtudeant, & maiorem ſemper eorum cumulum efficere. At nobiles hoc ipſo dicuntur, quòd Maiores habuerint magnis honoribus affectos. Hinc itaq; fit, vt honoris titulum propter diuturnam poſſeſsionem quaſi proprium ſibi vendicantes, cum abiectos, tum verò nouos homines deſpiciant, & ipſi præ nimia honoris auiditate ita aliquando à recta ratione auerſi agantur, vt omnia humana diuinaq; permiſceant. Verba Philoſophi ſunt: *εὐγενείας μὲν οὖν ἦθός ἐστι τὸ φιλοτιμότερον εἶναι τὸν κεκτημένον αὐτήν, πάντες γὰρ ὅταν ὑπάρχῃ τι, πρὸς τοῦτο σωρεύειν εἰώθασιν*. Hæc inquam ac tot cauſſæ poſſunt à nobis afferri, quo minus nobilis proles naturam parētum moribus ingenioq; ſemper exprimat, imò & ipſos ignobiles malè agendo plerunq; vincat. Alias cauſſas non facilè ſcire poſſumus, neq; vt ſciamus laborare debemus. Sapientiæ non minima pars eſt, nolle nimis ſapere. Sic ille voluit qui potuit omnia, vt omnium rerum eſſet viciſsitudo, (ſic loquebatur [a] Socrates) vt in iſta orbiculari rerum omnium conuerſione non minus colere iuſtitiam eius, quàm admirari potentiam deberemus.

[g] 4. pol. cap. 11.

[h] Lib. 2. cap. 25.

[a] *In lib. 8. de Repub. & citatur ab Ariſt. lib. 5 pol. 12.*

Hic terminus eſt huius ἀναλύσεως. Nunc ad priora. Nihil iſta omnia efficiunt aduerſus nobilitatem. Reprehendit Hippocrates illos, qui propterea Medicam artem nullam eſſe dicebant, quòd non omnes per medicinam ſanitati reſtituantur, & multi ægri citra medicorum uſum ſanentur. Vtrunq; fieri poſſe affirmat ipſe, quia tamen hoc principio quod in nobis eſt atq; ars medica dicitur, aliqui à morbis apprehenſi euadunt eos, & alij ſi ſine medicis, non tamen ſine medicina ſeruantur, quanquam fortuna multum in vtranq; partem poſsit, idcirco *b* concludit, artem medicam & quidem magnam artem, eſſe. Sic nos etiam reſpondemus, etſi nobiles multi ſint degeneres, atq; etiam vi naturæ peiores alijs, nihil tamen obſtat, quo minus ius iſtud, iſtamq; naturæ multis ætatibus continuatam efficacitatem aliquid, imò multum eſſe credamus. Omnino ſi duo ſint, vnus ex nobilibus, alter ex obſcuris natus parentibus, atq; vterq; ab ijsdem, eodem loco, & modo educetur inſtituaturq;, priorem illum plus, citius, melius, dexteriusq; profecturum procul omni dubio eſt exiſtimandum: Nam prout materies hoc uel illo modo affecta eſt, ita etiam vel præſtans uel vilis forma ex ea erumpere, atq; in lucem prodire ſolet. Hæc vero de qua loquimur naturæ bonitas, ad præclaram quamuis formam excipiendam hominem reddit idoneum. Quapropter veriſsimè *e* Philoſophus quodam loco dixit, tametſi in nobis ſitum ſit probos eſſe, uel improbos, non tamen continuò ſequi

[b] *Lib. de arte. num. 5.*

[e] *li. 1. magn. mor. cap. 10.*

ſequi, vt omnium probiſsimi eſſe queamus. Nam ad hanc probitatis excellentiam, id ipſum de quo nunc diſputamus neceſſarium eſt, quod non nos, ſed natura nobis fingit. In corporibus idem euenit: cures quantumuis diligenter: valetudinem quidem conſeruabis, uel recuperabis aliquando, nunquam tamen præſtabis vt optimè omnium ualeas, niſi optimum corporis temperamentum tibi à natura contigerit: Eodem pacto, ad excellentem virtutem, optimè à natura conſtitutus animus exigitur. Sic rectè Galenus *n* quodam loco ad hoc propoſitum dixit: Quantumuis bonus arborum ac plantarum ſator & cultor, nunquam tamen efficiet, vt rubus vuam ferat: neq; enim natura illius, talem à principio ſuo perfectionem capere poteſt: Et contra, vrſum quamuis olim manſueſeceris, non tamen perpetuo habitu talem habebis. Poſtremò, quod à nobis imò ab *c* Ariſtotele dictum eſt, hanc generis dignitatem in legitimè natos dũtaxat redundare, ſic eſt accipiendum, vt niſi parentes legitimis nuptijs coniuncti fuerint, qui inde gignuntur, bene nati legitimiq; non habeantur. Sic loquitur ille: ἰδίᾳ δὲ εὐγένεια ἢ ἀπ' ἀνδρῶν ἢ ἀπὸ γυναικῶν καὶ γνησιότης ἀπ' ἀμφοῖν: Cum præſertim ex proſtitutæ aut ſaltem ex ambigui pudicitiæ nominis mulieribus, tales ſuſcipi ſoleant filij. Et quanquam vterq; parentum honeſtioris conditionis eſſet, quia tamen ſpurij & nothi non apud vtrunq; parentem, ſed apud alterum tantùm ſolent educari, idcirco vix nõ ſunt omnes, moribus degeneres. Erunt igitur hæc quaſi monſtra quædam na-

[n] *Lib. de cogn. cur. an. morb. cap. 7.*

[c] *Lib. 1. rhet. cap. 5.*

dam naturæ, quæ licet ſit ſapientiſsima, in generatione tamen rerum aliquando peccare nobis videtur. Atque prout monſtra non propriè naturalia dicuntur effecta, quòd à natura non legitimè agente, & aliud volente fiant, ita iſti qui malè contra fas & contra leges nati ſunt, deformitatem quandam & maculam ſecum afferunt, quam nulla quantumuis inſignis virtus delere poſsit: ac proinde quaſi non proprij, ſed alieni filij reputantur. Monſtroſi partùs, ait *d* Plato, à ſpecie ſua, non ab ea ex qua nati ſunt habere appellationem debent, vt ſi equa vitulum pariat, nō pullum equinum, ſed vitulum vocare conuenit. Nec in Rebuſpub. illis vetuſtioribus, tales pro ciuibus, nedum pro nobilibus *e* habebantur. In quibuſdam autem popularibus, ciues aliquando eos eſſe factos ſcribit Ariſtoteles, propter legitimorum ciuium inopiam, magnamq; hominum paucitatem. Quapropter cum verorum ciuium copia ſuppetebat, tales omnino reijciebantur. In nonnullis tamen noſtri temporis Rebuſpub. ciuium ac nobilium numero habentur, & gerere magiſtratum permittuntur: fortaſſe quia ſi legibus aliter uti vellent, & minutè ortum vniuſcuiuſq; perueſtigare, non multos haberent, qui verè ciues eſſent. Hoc inquam Nothorum & legitimorum diſcrimen præconcepta hominum opinio facit: quæ tantum poteſt in æſtimanda Nobilitate. Alioquin nonnullos ex illicita origine ortos, ſupra parentes etiam nobiliſsimos gloria extulit: quod de Iugurtha, Alexandro, & Conſtantino legitur. Huius cauſſa eſt, propria virtus quæ eſt omni per ſe Nobilitate

[*d*] *In Cratylo.*

[*e*] *Lib. 3. pol. cap. 3.*

309

bilitate dignior: Illud accidit, quia Nothi principio deſtituuntur, quo definitur nobilitas: impudicum enim atq; illegitimum habuerunt. Atq; hoc differt Nothus ex nobili natus, à Nobili non Generoſo: Hic enim (vt infra dicetur) quamuis malus, nobilis tamen vi & efficacitate principij ſui, reputatur.

CAP. VI.

Proponuntur tres quæſtiones: Quale bonum Nobilitas: Fortuna bona & mala.

SPlendorem & dignitatem antiqui generis, vi & iure naturæ in poſteros legitimè natos ex conſenſu & opinione hominum redundantem, diximus eſſe Nobilitatem. Reſtat vt decidamus ex quonam fonte ſplendor talis oriatur & conſeruetur: hanc nos efficientem nobilitatis cauſſam appellamus: in qua ſtatuenda, docti, homines ab imperita multitudine omnino diſſentiunt. Sed antequam de hoc verba facio, tres ſunt mihi hic potiſsimum explicandæ quæſtiones. Prima eſt, vt ſciamus in quonam genere bonorum ſit Nobilitas: eſſe nanq; bonum & multoties ab Ariſtotele, atq; à nobis antea repetitum eſt, & rationibus multis facilè poſſet euinci. Eſt enim & ſui c cauſſa eligenda, cum pro amabilitate, quam in ſe continet, expetatur ab omnibus tacito ſaltem ani-

[c] 1. rhet. cap. 6.

tem animi conſenſu, eaq; præſente bene afficiatur atq; in bono ſtatu ponatur hominis natura: & tandem ad felicitatem conducat maximè: quod de ſcientia quoq; atque honore ex Ariſtotelis *a* ſententia diximus alibi. Sed de illo dubitatur: Cum bona in tria genera ita diuiſa *b* ſint, vt alia animi, vt Virtutes morales, iuſtitia, temperantia, fortitudo, item mentis, vt acuties ingenij ſoliditasq́; celeritas atq; aptitudo ad inueniendum, diſcendum, iudicandum, ratiocinãdum, cogitandum: alia corporis, vt bona valetudo, robur, pulchritudo, ſenſuum integritas & vigor: alia externa vel fortunæ, quòd fortunæ accepta præcipuè referri ſoleant, dicantur, vt libertas, diuitiæ, opes, honor: in quanam harum claſsium reponenda ſit nobilitas. Ariſtoteles in bonis fortunæ libro *c* ſecundo Rhetoricorum, vt alia loca mittam, bis expreſsè numerat (τύχης δὲ λέγω εὐγένειαν, πλοῦτον, δυνάμεις, ait) quod tamen verum non uidetur: neq; enim domina nobilitatis fortuna tam eſſe uidetur, quàm u. g. honoris & diuitiarum: ſiquidem vt diximus nobilitas eſt bonitatis auitæ impreſſum in animo veſtigium, cuius conſequens eſt ſplendor ac dignitas ſiue exiſtimatio eorundem. Huic nodo ſuccedit alter, cur non internum potius & animi, quàm externum bonum dicatur nobilitas. Et tertius, quare non ſit etiam corporis bonum, cum Naturam ſuprà ſic acceperimus, vt non minimum à cor-

[a] *Lib. 1. Eth. ad Nicom. cap. 6.*

[b] *Lib. 1. eth. ad Nic. cap. 8. 1. rhet. cap. 5. In rhet. ad Alex. cap. 1. In mag. mor. lib. 1. cap. 3. 2. Eudem. cap. 1.*

[c] *Cap. 24. & cap. 11.*

310

poris temperamento pendere dictum ſit. Et quartus, num ſit bonum utile & honeſtum. Hæc vna quæſtio tot habet capita. Ad quæ, hoc ordine reſpondemus. Non eſt planè nobilitas, ipſa ſimpliciter naturæ bonitas, qua nempe (vt Ariſtoteles dicit) impulſi ad bonum ita ferimur, vt ſi quis quærat cur feramur, non poſsimus aliter reſpōdere, quàm, neſcimus, ſed ſic placet: Sed ea quam ex parentibus longa ſerie bonis, in filios deriuare opinione omnium prope hominum, diximus. Vtrunque impropriè fortunæ tribuitur, cum ad certas cauſſas, vt parentum conditiones, ſyderumque efficacitatem, quanquam nobis occultam, referri poſsit, & reputatur potius naturæ bonum, vt ipſemet *a* Ariſtoteles lib. ſecundo rhetoricorum fatetur. Attamen & ipſa non parum fortunæ caſibus expoſita ſunt, vt antea diximus. *r* Fortuna igitur ſi latè accipiatur, id eſt, prout ſignificat id omne, cuius nos non ſumus domini, & quod præter omnem noſtram ratiocinationem accidit, & hanc etiam bonitatem comprehendit: propriè verò accepta, opes ſolùm diuitiasque continet. Audiamus ipſummet *d* Ariſtotelem hæc omnia dicentem: τὸν γὰρ εὐγενῆ εὐτυχῆ λέγομεν, καὶ ὅλως ὧ τοιαῦτα τῶν ἀγαθῶν ὑπάρχει, ὧν μὴ αὐτὸς κύριός ἐστιν. Additur limitatio, ἀλλ' ὅμως οὐδ' ἐνταῦθα ἂν κυρίως εὐτυχία λέγοιτο. ἐστὶ δὲ πολλαχῶς λεγόμενος. Cauſſa exponitur, καὶ γὰρ ᾧ παρὰ τὸν λογισμὸν τὸν αὐτοῦ συνέβη τι ἀγαθὸν πρᾶξαι, εὐτυχῆ φαμέν. Hoc igitur modo nobilitas communiter non propriè fortunæ tribuitur. Imo

[a] Capit. 9.

[r] Vide 1. rhet. cap. 10.

[d] 2. magn. mor. cap 9. 7. ad Eudem. cap. 17.

tur. Imò etiam bona corporis quæ potius naturæ ſunt, ad bona fortunæ communius uſurpato nomine, referuntur ab Ariſtotele his *e* verbis, ἡ δὲ εὐτυχία τὰ μόρια ἔχει τῶν εἰρημένων ἤθη, id eſt, nobilium, diuitiarum, opum. Subiungit autem, καὶ ἔτι εἰς εὐτεκνίαν, καὶ κατὰ τὸ σῶμα, (ecce) ἀγαθὰ παρασκευάζει ἡ εὐτυχία πλεονεκτεῖν. Propriè verò corporis bona non ad fortunam, ſed ad naturam reuocantur. Sic idem *f* Diuinus vir, ad bonam commodamq́ ſenectutem efficiendam, duo concurrere affirmabat, Corpus & Fortunam. Etenim niſi expers ſit morbi, ac robuſtus ſenex, non carebit malo: neq́ indolens & longæuus ſine fortuna conſtiterit. Quatenus verò Nobilitas dignitatem ſignificat ac honorem ob conceptam in animis hominum opinionem de tali naturæ bonitate lõga ſucceſsione in nobilem trãslata, quod ipſum nobilitas eſt, adhuc magis fortunæ ſubiacet. Eſt enim (iuxta *g* Philoſophum) honos in eo potius qui colit, quàm in eo qui colitur: quod ſic, quidquid ſcripſerit Mirandulanus, accipio: eſſe in eorum poteſtate qui colunt, honorem nec ne deferant. Vnum hoc certè ſignificare voluit Ariſtoteles, præterea nihil. Sic rectè *a* Ariſtodemus dixit, Nobilitatem quæ in opibus & gloria longi temporis eſt ſita, fortunæ temeritati propter opes, atq́ intemperijs hominum propter gloriam, eſſe obnoxiam. Non erit autem ab re, ſi de Fortuna bona & mala ex eiuſdem Ariſt. ſententia pauca hæc, iſto loco addantur.

[e] *Lib. 2 rhet. cap. 17.*
Lib. 4 pol. 11.

[f] *Lib. 1. rhet. 5.*

[g] *Lib. 1. eth. cap. 3.*

[a] *Apud Plutar. pro nob.*

311

tur. Fortuna quiddam eſt, quod in noſtra poteſtate nô eſt ſitum, id eſt, concurſus cauſſarum quarundam, quæ nullum inter ſe ordinem nullumq́ nexum habent. Effectus fortuitus eſt, qui ex tali concurſu temere & abſq; vllo noſtro conſilio inſtitutoúe prouenit. Hic ſi bonus eſt, fortuna dicitur bona, ſi malus, aduerſa. Altius hîc aſſurgere noluit Ariſtoteles, quanquam ad prouidentiam Dei referre aliquando videatur omnia. *b* Cauſſa fuit, ne videretur Deum iniuſtitiæ condemnare, cum multi improbi perſæpe bonis fortunæ circumfluant, probi autem aduerſis confliĉtentur. Alterum nodum ſoluere haud difficile eſt. Non quia virtus ac dignitas propria ſit, nobilitas conſtituitur, ſed quia aliunde atq; extrinſecus, id eſt, à maioribus accepta: & non dicitur animi, quanquam ſit etiam animi, quòd ad illum non niſi ſtabilia diuturnaq́; bona & minus expoſita fortunæ, magis autem in poteſtate noſtra ſita, referantur. Quam etiam cauſſam attulimus in quæſtione de habitibus Mentis, cur Habitus in animo tantùm, non autem in corpore verè ponantur, quod Thomæ quoq; placuit. Et diuiſionem illam Ariſtotelicam in bona corporis, fortunæ & animi, non eſſe in contra ſe diſtinĉtas ſpecies factam, ac multa bona partim externa, partim interna nominari poſſe, alibi monſtraſſe me recordor. In tertio quoq; non magna difficultas. Dicendum: animi partem à corpore pendere, nobilitatem tamen non corporis eſſe, ſed eius quod pendet à corpore: vel totius, ſed animi ratione. De quarto contendunt magis. Illa demum ſententia vera eſt: Bonum honeſtum, volupe, utile, reuera ſuapte na-

[*b*] *Lib.2.mag.mor.ca.9. Lib.7.ad Eudem. cap.17.*

tura

tura diſtingui: Honeſtum ad mentem, volupe ad ſenſum, vtile ad vegetantem animam pertinere, (Hoc bonum alio nomine ſolet Ariſtoteles appellare facultatem, quod in cauſſa ſit vt bona & mala gerere ualeamus, ſemperq; refertur ad aliud) ſed ita plerunq; inter ſe confundi, vt in vno plura vel etiam inſint omnia. De Virtute atque alijs multis, oſtendit id Ariſtoteles libro c primo Nicomachiorum. De Nobilitate quoq; à nobis oſtendi facilè poteſt. Eſt enim honeſtum quippiam, cum præſertim d honorem contineat, ſi honeſtum illud ſit quod eſt in o Rhetoricis definitum, id eſt, quod expetitur propter ſe, & cū ſit laudabile quà bonum, id eſt, ſuapte natura, iucundum eſt. Et ſanè expeterent omnes nobilitatem, etiamſi nullum fructum ſecum ferret; explet enim & quaſi perficit naturam ac virtutis exuperantiam quandam oſtendit. Et gaudet vnuſquiſq; ſi bene conſtituto ſit animo, quòd ſe in p ea dignitate collocatum uideat, quæ ab omnibus honoretur. Ac tandem ad Virtutem conducit multum; ornat ipſam, inuidiæ minus expoſitam reddit: multasq; illi & præclaras occaſiones præbet ſeſe oſtendendæ patefaciendæq;: quo ſanè reſpectu, nobilitas ad felicitatem nō vt pars, ſed vt inſtrumentum concurrere dicitur.

[c] *Cap. 6.8.*
Et 1. ad Eudem. cap. 1.

[d] *Ibid.*

[o] *Lib. 1. rhet. cap. 9.*

[p] *Ib. cap. 11.*

CAP.

CAP. VII.

Genus verè nobile quot fundant: Falſi Nobiles.

SEd exiſtit & altera quæſtio, Quótnam videlicet præceſſiſſe auos oporteat, vt genus eſſe nobile, vel ex eo nobilis naſci poſsit. Hîc ſanè *d* cautio illa, quam Politici homines in Ciue definiendo ad cohabitantes fallendos adhibebant, nõ eſt nobis neceſſaria: qui vt ulli adulemur, veritati rerum derogare nolumus. Ariſtoteles poſtquam diu multumq́ hæſitaſſet, rem totam in hunc modum veriſsimè decidit. Vnus quantauis præditus virtute, ſi propria tantùm nitatur, non eſt nobilis. Hoc nomine reprehenditur *e* ab eodem Euripides, qui dixiſſet, Nobilem eſſe illum, qui vir bonus & clarus ipſe per ſeſe nulla maiorum commẽdatione fuerit. Et ſanè non aliam ob cauſſam Rhetores iſtos nobilitatem propria virtute definiuiſſe credendum eſt, quàm vt ad virtutem homines incitarent, ne vel qui ſunt reuera nobiles, totum ſe habere putarent, vel qui ſunt ignobiles præclaris tamen geſtis inſignes, nihil. Huc priora illa Galeni verba pertinent, quibus antequam aduerſus nobiles diſputaret *a* vſus eſt, τοιοῦτοι δέ τινές εἰσι, καὶ οἱ τὴν εὐγένειαν προβαλλόμενοι, καὶ φρονοῦντες ἐπ' αὐτῇ μέγα. Eò iam res ven[...] vt non qui & quales ſint homines exploremus, ſed [...] le[...] ci.

[d] *Lib. 3. pol. cap. 3.*

[e] *In fragm. De nobil.*

[a] *In ſuaſ. ad artes. cap. 4.*

nati. Egregiè Bion ab Antigono cuias eſſet interrogatus, reſpondit, Sagittarios non qui genere præſtent, ſed qui ſcopum melius feriant, eligendos eſſe. Vnus eſt finis ſingulis per ſe hominibus & cunctis ſimul propoſitus Felicitas, id eſt, bene beatéq; uiuere: Ad hunc qui plus confert & accedit propius, maiori etiam laude atque honore dignus eſt. Alioquin (vt ad prima redeam) ſine claritate maiorum nulla planè nobilitas eſt. Simili exemplo illud *b* legitur: *[b] Menand. in Gnidia.*

ἀλλ᾽ εἰ δικαίως ἐξετάσεις, καὶ γνήσιος
ὁ χρηστός ἐστιν. ὁ δὲ πονηρὸς νόθος.

Quis autem audeat legitimè natum quamuis malum vocare nothum? Et *c* Ariſtoteles hominem legis ac Dei reſpectu vocat beſtiam. ὁ δὲ ἄνθρωπον κελεύων, προστίθησι καὶ θηρίον. Principium nobilitatis eſſe quidem vnus per ſe ſuaq; virtute inſignis poterit, ſi hanc obtineat facultatem vt multos ſui ſimiles generet, ipſe tamen nobilis adhuc non dicetur. Verba ſunt *d* Ariſtotelis: ὅταν μὲν οὖν αὐτὸς ἀγαθὸς, μὴ ἔχει δὲ τοιαύτην δύναμιν τῆς φύσεως, ὡς τίκτειν πολλοὺς ὁμοίως, οὐκ ἔχει ἀρχῆς δύναμιν ἐν τούτοις. Et addit ἀρχὴ τοῦ γένους καὶ εὐγενεῖς οἱ ἀπὸ τούτου τοῦ γένους ὄντες. Et paulò ante, ὅταν οὖν ἐγγένηται τοιοῦτος εἷς τις ἐν τῷ γένει καὶ οὕτω σπουδαῖος, ὥστ᾽ ἔχειν τὸ ἀπ᾽ ἐκείνου ἀγαθὸν πολλὰς γενεὰς, τοῦτο σπουδαῖον ἀνάγκη εἶναι τὸ γένος. Atq; *e* Themiſtocles de ſeipſo, cum neſcio quis ignobilitatem generis ei vt probrum obijceret, ἀλλ᾽ ἐγὼ τοῖς μετ᾽ αὐ-

[c] Lib. 3. pol. cap. 12.

[d] In fragm. De nobil.

[e] Gal. in ſuaſ. ad art. 4.

τὸν τοῦ γένους ἄρξω, καὶ τὸ μὲν ἐμὸν ἀπ' ἐμοῦ γένος ἄρξεται, τὸ δὲ σὸν εἰς σὲ τελευτήσει. Multi itaq; continuata ſucceſſione inſignes virtute viri, præceſſerint neceſſe eſt, antequam genus nobile reputetur. Hinc illa in Homero frequens Heroum appellatio, à nomine auorum vel etiam proauorum deducta. Et hoc ipſum clarius etiam in *f* Rhetoricis hiſce verbis traditũ eſt: ἰδίᾳ δὲ εὐγένεια ἡ ἀπ' ἀνδρῶν ἢ ἀπὸ γυναικῶν καὶ γνησιότης ἀπ' ἀμφοῖν; καὶ ὥσπερ ἐπὶ πόλεως τοὺς τε πρώτους γνωρίμους, ἢ ἐπ' ἀρετῇ, ἢ πλούτῳ, ἢ ἄλλῳ τῷ τῶν τιμωμένων. καὶ πολλοὺς ἐπιφανεῖς ἐκ τοῦ γένους καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας, καὶ νέους καὶ πρεσβυτέρους.

[*f*] *Lib. 1. cap. 5.*

Et *g* alibi de cauſsis loquens, ex quibus pendet nobilitas, ἡ γὰρ εὐγένειά ἐστιν ἀρχαῖος πλοῦτος καὶ ἀρετή, quod vbiq; inculcat, cum de nobilitate loquitur. Nec mirum uideatur, id quod eſt ignobile, eſſe tamen nobilitatis principium. Perfectus virtutis habitus, ex imperfectis actionibus comparatur. Et omnis generatio, ex eo fit, quod non eſt actu tale. Neq; *h* generatio ipſa, dicitur natura, vt neq; id quod generatur dicitur naſci: vtrunq; tamen poteſt natura nuncupari ab eo, ad quod proficiſcitur, id eſt, ipſa natura: quò ſine dubio reſpexit Ariſtoteles, cum ſuprà in Politicis & Rhetoricis generoſum, virum per ſe probum nuncupauit, atq; in fragmento de Nobilitate, nobilem, illum qui facultatem multorum ſui ſimilium procreandorum obtineat: alioquin enim, antea dixerat, ὥστ' εὐλόγως οὐχ οἱ πλούσιοι οὐδ' οἱ ἀγαθοί, en quàm expreſſè ſe declarat,

[*g*] 4. *pol. cap.* 8.

[*h*] *Lib. 2. phy. cont. 14. & lib. 5. met. cap. de nat.*

clarat. ἀλλ᾽ οἱ ἐκπάλαι πλουσίων ἢ ἐκπάλαι ἀγαθῶν εὐγενεῖς εἶεν ἄν. Ex quo colligitur erratum illorum, qui nobilium tria genera conſtituerunt. Alterum enim quod ſeipſo εὐγενὲς vocant, non eſt propriè: cum nullum genus eius anteceſſerit. Quod ſi nobile ſic appellent, quaſi principium nobilitatis, ne iſtud quidem conuenit, niſi tale concipiatur, vt multos ſui ſimiles generare queat, & principij rationem ad poſteritatem habeat. Neq; enim (inquit idem rerum & verborum Præceptor) ὁ πατὴρ ἐγέννησεν ἀγαθὸν, qui nempe dici nobilis queat, δι᾽ αὐτό. ἀλλ᾽ οὔτι ἐκ τοιούτου γένους ἦν. Quid clarius? quomodo igitur magis nobilis reputabitur, qui ſeipſo eſt nobilis (vt iſti vocant) quàm qui à genere acceptum tale nomẽ habet? cum ne nobilis quidem propriè ille ſit? Tertium quoq; genus ex vtroq; (vt aiunt) conflatum, quo differet à Generoſitate? Attamen teſtimonio Ariſtotelis illud ſtabilire volunt quoq;. Proferatur locus: is eſt in libro [a] quarto de Republica talis: ἐπεὶ δὲ τρία ἐστὶ τὰ ἀμφισβητοῦντα τῆς ἰσότητος τῆς πολιτείας, ἐλευθερία, πλοῦτος, ἀρετή: τὸ γὰρ τέταρτον ὃ καλοῦσιν εὐγένειαν, ἀκολουθεῖ τοῖς δυσὶν, &c. Loquitur Ariſtoteles de ijs rebus quibus præditi homines, ſibi quiſq; pares alteri honores & commoda in Republica deberi contendunt: atq; enumerat libertatem, diuitias, virtutes: excuſans poſtea ſe quòd nobilitatem omiſiſſet, quam tamen de paritate imperij certare quoq; ſolere antea dixerat, addit, Nobilitatem diuitias virtutemq; ſequi. Quis hinc aliud colligat, quàm id quod in tertia nobilitatis definitione afferenda dicemus, nimirum dignitatem illam ac præſtantiam maiorum,

[a] Cap. 8.

rum, quam *b* ad poſteros quaſi per gradus delatam pro-

[b] Plutarch. in lib. pro nobil.

priè ac uerè vocamus εὐγένειαν, ex virtutibus eorum ac diuitijs naſci? Sic enim ſe ſtatim explicat Ariſtoteles: ἐστὶ γὰρ εὐγένεια ἀρχαῖος πλοῦτος καὶ ἀρετή. Et *c* alibi, εὐγενεῖς γὰρ εἶναι δοκοῦσιν οἷς ὑπάρχει προγόνων ἀρετὴ, καὶ πλοῦτος.

[c] 5. pol. cap. 1.

Vbi propria ſi eſt antiqua? ſi maiorum? ſi generis? Sit ergo ſecundus ille nobilis, ſed non propriè, non verè, non formaliter: & hic tertius, non alius à primo, niſi quòd nobilitati generoſitatem adiunxerit. Quorſum igitur hós inter ſe comparare? Non fit comparatio inter ea quorum *d* diuerſa natura eſt: & comparabilia non ſunt quæ genere

[d] Lib. 7. phy. cap. ult. Lib. 10. Metaph.

differunt. Non alio certè nomine, in æquali & iuſto æſtimandò Politicos quoſdam, & Platonem qui Remp. popularem vocaret optimam malarum Rerump. reprehendit *e* Ariſtoteles quàm iſto. Sed nos eò reuertamur vnde diſceſsimus, &

[e] Lib. 3. pol. cap. 8. 4. lib. cap. 2.

certum numerum auorum conſtituamus, quo genus nobile dici poſsit. Diximus antea nullam fuiſſe aliam nobilitatis originem, quàm conſenſum atq; opinionem hominum, quæ eſt, ex bonis naſci bonos. At non planè concipitur hæc opinio ex vno ſolo: neq; ex duobus etiam: cum præſertim ſemper recens memoria humilitatis proaui, patris & aui lucem obſcuret: adeò vt neq; ipſi planè eſſe boni, neq; eorum nati exiſtimentur. Tres igitur vel etiam quatuor anteceſsiſſe il-

ſuſtres

luſtres progenitores ad minimum oportet, tum quia confirmata planè opinio illa tunc erit, tum quia nulla memoria ignobilitatis maiorum, dignitatem poſteriorum premere apud animos viuentium hominum poterit. Lex erat apud *f* Platonem, vt patris opprobria & pœnæ filios non ſequerentur, præterquam ſi alicui pater, auus, & proauus capitis condemnati fuiſſent. Talis autem cum ſuis opibus, forte tamen excepta, relegari in alium locum iubebatur. Nulli dubium, Platonem dum culpam parentum filijs imputat, eò reſpicere, quo nos in nobili genere conſtituendo ſpectamus. Neq; altius origo repetenda: alioquin uel Reges ipſi (vt Plato aiebat) ex ſeruis tandem deriuarunt, atq; ex Regibus ſerui. & nulla eſt planta quantumuis pulchrè frondeſcens & florens, quæ radicem ſqualidam obſcuramq; non habeat. Continuatam autem eſſe claritatem iſtorum quatuor neceſſe eſt quoq;, vt ſit nimirum patris, aui, proaui, abaui: alioquin opinio illa influentis in poſteros dignitatis ac præſtantiæ, quaſi in medio curſu intercepta præcideretur. Quod ipſum ſignificauit Ariſtoteles hiſce verbis: οὐκοῦν ὁμοίως κ' ἄν τις ὑπολαμβάνῃ οὐ τοὺς εὐγενεῖς εἶναι τοὺς ἐκ πάλαι πλουσίων, hoc enim non ſat eſt, niſi ſit continuata ſeries vſq; ad vltimum, οὐδὲ τοὺς ἐξ ἀγαθῶν πάλαι (omnino enim ſic legendus eſt ille locus) eandem nempe ob cauſſam: quapropter concludit poſtea, in iſtorum neutro nobilitatem poſſe deprehendi, ſed in eo duntaxat vt ſit γένους nempe totius ἀρετή. Ex quibus omnibus colligitur, quàm etiam errent ij, qui dum multos recenſere auos poſſint, ſe nobiles putant. Atheni-

[*f*] 9. *de leg.*

315

enſium nobilitatem iſto nomine celebrantem Alcibiadem irridet [a] Socrates his verbis: καὶ γὰρ τὸ ἡμέτερον ὦ γενναῖε Ἀλκιβιάδη εἰς δαίδαλον. ὁ δὲ δαίδαλος εἰς ἥφαιστον τὸν διός. ἀλλὰ τὰ μὲν λακεδαιμονίων καὶ περσῶν ἀπ' αὐτῶν ἀρξάμενα, βασιλεῖς εἰσιν ἐκ βασιλέων μέχρι διός. οἱ μὲν ἄργους τε καὶ Λακεδαίμονος, οἱ δὲ τῆς περσίδος τὸ ἀεὶ, πολλάκις δὲ καὶ τῆς ἀσίας, ὥσπερ καὶ νῦν. ἡμεῖς δὲ αὐτοί τε ἰδιῶται καὶ οἱ πατέρες. Et ſanè ſi ſola antiquitas generis nobilem faceret, nemo non eſſet nobilis. Ariſtoteles tamen in [b] Politicis concludit, Nobilitatem generis & virtutem in paucis reperiri, atque adeò vt nobiles ac probi nuſquam ſint centum. εὐγένεια γὰρ καὶ ἀρετὴ ἐν ὀλίγοις. εὐγενεῖς γὰρ καὶ ἀγαθοὶ οὐδαμοῦ ἑκατόν. Cuius etiam rei gratia, veteres illi nobiles, in atrijs & foribus, atque circa domorum limina, hoſtium deuictorum ſpolia, enſes, clypeos, galeas, currus, roſtra nauium, quaſi auitæ gloriæ & fortiter factorum teſtimonia (quæ quantò vetuſtiora erant, tantò plus maieſtatis præſentibus dabant hæredibus) [c] affigere conſueuerunt. Contraham iſta omnia in anguſtum hunc epilogum. Longa ad minimum trium continuataque patrum ſeries, in qua frequenter magnæ virtutes enituerint, genus verè nobile fundat. Atque hoc pacto altera quæſtio ad exitum videtur perducta.

[a] *In Alcibiad. 1.*

[b] *Lib. 5. pol. cap. 1.*

[c] *Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 24.*

CAP.

CAP. VIII.

Locus quatenus nobilitet: Barbari: eorum nobilitas: explicatur locus Ariſtotelis ex primo Politicorum. Nobiles in pagis uiuentes.

TErtia exoriri ſtatim uidetur, Vtrum genus materna quoq; ſtirpe reddi nobile, & quo modo poſsit. Sed iſta longè commodius in fine huius operis tractabitur. Illa nunc potiſsimum inſtat: An loci & patriæ claritas Nobilitati quicquam conferat, uel obſcuritas deroget. Rectè ſentiunt, qui dicunt nobile quidem eſſe poſſe genus, nulla patriæ claritate commendatum, verùm ex parte tantùm, id eſt, in ſuis duntaxat ſedibus, non abſolutè tamen uel ubiq; nobile. Nos in hunc modum rem planius decidi poſſe arbitramur. Nobilem extra hominum ſocietatem ſi quis intelligat, is planè ſit ineptus, vt ex ſequentibus conſtabit magis. Hæc ſocietas, eſt uel familiæ, vel pagi, vel ciuitatis: præſtantiſsima omnium Ciuitas eſt: hæc *d* finis aliarum, hæc ſeipſa contenta, ex familijs nēpe, generibus, pagisq; ſte perfectæ copioſæq; vitæ gratia inſtituta communio. In hanc qui plus conferunt, vt poſt dicemus, illi ſuſpiciuntur ac præ alijs coluntur: & multò etiam magis ſi de integra gente,

[d] Lib. 3. pol. cap. 6. & 1. pol. 1.

bilitate dignior: Illud accidit, quia Nothi principio deſtituuntur, quo definitur nobilitas: impudicum enim atq; illegitimum habuerunt. Atq; hoc differt Nothus ex nobili natus, à Nobili non Generoſo: Hic enim (vt infra dicetur) quamuis malus, nobilis tamen vi & efficacitate principij ſui, reputatur.

CAP. VI.

Proponuntur tres quæſtiones: Quale bonum Nobilitas: Fortuna bona & mala.

SPlendorem & dignitatem antiqui generis, vi & iure naturæ in poſteros legitimè natos ex conſenſu & opinione hominum redundantem, diximus eſſe Nobilitatem. Reſtat vt decidamus ex quonam fonte ſplendor talis oriatur & conſeruetur; hanc nos efficientem nobilitatis cauſſam appellamus: in qua ſtatuenda, docti homines ab imperita multitudine omnino diſſentiunt. Sed antequam de hoc verba facio, tres ſunt mihi hîc potiſsimum explicandæ quæſtiones. Prima eſt, vt ſciamus in quonam genere bonorum ſit Nobilitas: eſſe nanq; bonum & multoties ab Ariſtotele, atq; à nobis antea repetitum eſt, & rationibus multis facilè poſſet euinci. Eſt enim & ſui c cauſſa eligenda, cùm pro amabilitate, quam in ſe continet, expetatur ab omnibus tacito ſaltem ani-

[c] 1. *rhet. cap. 6.*

tem animi conſenſu, eaq; præſente bene afficiatur atq; in bono ſtatu ponatur hominis natura: & tandem ad felicitatem conducat maximè: quod de ſcientia quoq; atque honore ex Ariſtotelis *a* ſententia diximus alibi.

[a] Lib. 1. Eth. ad Nicom. cap. 6.

[b] Lib. 1. eth. ad Nic. cap. 8.
1. rhet. cap. 5.
In rhet. ad Alex. cap. 1.
In mag. mor. lib. 1. cap. 3.
2. Eudem. cap. 1.

Sed de illo dubitatur: Cum bona in tria genera ita diuiſa *b* ſint, vt alia animi, vt Virtutes morales, iuſtitia, temperantia, fortitudo, item mentis, vt acuties ingenij ſoliditasq;, celeritas atq; aptitudo ad inueniendum, diſcendum, iudicandum, ratiocinãdum, cogitandum: alia corporis, vt bona valetudo, robur, pulchritudo, ſenſuum integritas & vigor: alia externa vel fortunæ, quòd fortunæ accepta præcipuè referri ſoleant, dicantur, vt libertas, diuitiæ, opes, honor: in quanam harum claſsium reponenda ſit nobilitas. Ariſtoteles in bonis fortunæ libro *c* ſecundo Rhetoricorum, vt alia loca mittam, bis expreſsè numerat (τύχης δὲ λέγω εὐγένειαν, πλοῦτον, δυνάμεις, ait) quod tamen verum non uidetur: neq; enim domina nobilitatis fortuna tam eſſe uidetur, quàm u. g. honoris & diuitiarum: ſiquidem vt diximus nobilitas eſt bonitatis auitæ impreſſum in animo veſtigium, cuius conſequens eſt ſplendor ac dignitas ſiue exiſtimatio eorundem.

[c] Cap. 24. & cap. 11.

Huic nodo ſuccedit alter, cur non internum potius & animi, quàm externum bonum dicatur nobilitas. Et tertius, quare non ſit etiam corporis bonum, cum Naturam ſuprà ſic acceperimus, vt non minimum à cor-

310

poris temperamento pendere dictum ſit. Et quartus, num ſit bonum utile & honeſtum. Hæc vna quæſtio tot habet capita. Ad quæ, hoc ordine reſpondemus. Non eſt planè nobilitas, ipſa ſimpliciter naturæ bonitas, qua nempe (vt Ariſtoteles dicit) impulſi ad bonum ita ferimur, vt ſi quis quærat cur feramur, non poſsimus aliter reſpódere, quàm, neſcimus, ſed ſic placet: Sed ea quam ex parentibus longa ſerie bonis, in filios deriuare opinione omnium prope hominum, diximus. Vtrunq; impropriè fortunæ tribuitur, cum ad certas cauſſas, vt parentum conditiones, ſyderumq; efficacitatem, quanquam nobis occultam, referri poſsit, & reputatur potius naturæ bonum, vt ipſemet *a* Ariſtoteles lib. ſecundo rhetoricorum fatetur. Attamen & ipſa non parum fortunæ caſibus expoſita ſunt, vt antea diximus. *r* Fortuna igitur ſi latè accipiatur, id eſt, prout ſignificat id omne, cuius nos non ſumus domini, & quod præter omnem noſtram ratiocinationem accidit, & hanc etiam bonitatem comprehendit: propriè verò accepta, opes ſolùm diuitiasq; continet. Audiamus ipſummet *d* Ariſtotelem hæc omnia dicentem: τὸν γὰρ εὐγενῆ εὐτυχῆ λέγομεν, καὶ ὅλως ᾧ τοιαῦτα τῶν ἀγαθῶν ὑπάρχει, ὧν μὴ αὐτὸς κύριός ἐστιν. Additur limitatio, ἀλλ᾽ ὅμως οὐδ᾽ ἐν ταῦθα ἂν κυρίως εὐτυχία λέγοιτο. ἐστὶ δὲ πολλαχῶς λεγομένης. Cauſſa exponitur, καὶ γὰρ ᾧ παρὰ τὸν λογισμὸν τὸν αὐτοῦ συνέβη τι ἀγαθὸν πρᾶξαι, εὐτυχῆ φαμέν. Hoc igitur modo nobilitas communiter non propriè fortunæ tribuitur. Imo

[a] Capit. 9.

[r] Vide 1. rhet. cap. 10.

[d] 2. magn. mor. cap. 9. 7. ad Eudem. cap. 17.

tur. Imò etiam bona corporis quæ potius naturæ ſunt, ad bona fortunæ communius uſurpato nomine, referuntur ab Ariſtotele his e verbis, ἡ δὲ εὐτυχία τὰ μόρια ἔχει τῶν εἰρημένων ἤθη, id eſt, nobilium, diuitiarum, opum. Subiungit autem, καὶ ἔτι εἰς εὐτεκνίαν, καὶ κατὰ τὸ σῶμα, (ecce) ἀγαθὰ παρασκευάζει ἡ εὐτυχία πλεονεκτεῖν. Propriè verò corporis bona non ad fortunam, ſed ad naturam reuocantur. Sic idem f Diuinus vir, ad bonam commodamq́ſenectutem efficiendam, duo concurrere affirmabat, Corpus & Fortunam. Etenim niſi expers ſit morbi, ac robuſtus ſenex, non carebit malo: neq; indolens & longæuus ſine fortuna conſtiterit. Quatenus verò Nobilitas dignitatem ſignificat ac honorem ob conceptam in animis hominum opinionem de tali naturæ bonitate lõga ſucceſsione in nobilem trãslata, quod ipſum nobilitas eſt, adhuc magis fortunæ ſubiacet. Eſt enim (iuxta g Philoſophum) honos in eo potius qui colit, quàm in eo qui colitur: quod ſic, quidquid ſcripſerit Mirandulanus, accipio: eſſe in eorum poteſtate qui colunt, honorem nec ne deferant. Vnum hoc certè ſignificare voluit Ariſtoteles, præterea nihil. Sic rectè a Ariſtodemus dixit, Nobilitatem quæ in opibus & gloria longi temporis eſt ſita, fortunæ temeritati propter opes, atque intemperijs hominum propter gloriam, eſſe obnoxiam. Non erit autem ab re, ſi de Fortuna bona & mala ex eiuſdem Ariſt. ſententia pauca hæc, iſto loco addantur.

[e] *Lib. 2 rhet. cap 17.*
Lib. 4 pol. 11.

[f] *Lib. 1. rhet. 5.*

[g] *Lib. 1. eth. cap. 3.*

[a] *Apud Plutar. pro nob.*

tur. Fortuna quiddam eſt, quod in noſtra poteſtate nō eſt ſitum, id eſt, concurſus cauſſarum quarundam, quæ nullum inter ſe ordinem nullumq; nexum habent. Effectus fortuitus eſt, qui ex tali concurſu temere & abſq; vllo noſtro conſilio inſtitutoúe prouenit. Hic ſi bonus eſt, fortuna dicitur bona, ſi malus, aduerſa. Altius hic aſſurgere noluit Ariſtoteles, quanquam ad prouidentiam Dei referre aliquando videatur omnia. *b* Cauſſa fuit, ne videretur Deum iniuſtitiæ condemnare, cum multi improbi perſæpe bonis fortunæ circumfluant, probi autem aduerſis conflictentur. Alterum nodum ſoluere haud difficile eſt. Non quia virtus ac dignitas propria ſit, nobilitas conſtituitur, ſed quia aliunde atq; extrinſecus, id eſt, à maioribus accepta: & non dicitur animi, quanquam ſit etiam animi, quòd ad illum non niſi ſtabilia diuturnaq; bona & minus expoſita fortunæ, magis autem in poteſtate noſtra ſita, referantur. Quam etiam cauſſam attulimus in quæſtione de habitibus Mentis, cur Habitus in animo tantùm, non autem in corpore verè ponantur, quod Thomæ quoq; placuit. Et diuiſionem illam Ariſtotelicam in bona corporis, fortunæ & animi, non eſſe in contra ſe diſtinctas ſpecies factam, ac multa bona partim externa, partim interna nominari poſſe, alibi monſtraſſe me recordor. In tertio quoq; non magna difficultas. Dicendum: animi partem à corpore pendere, nobilitatem tamen non corporis eſſe, ſed eius quod pendet à corpore: vel totius, ſed animi ratione. De quarto contendunt magis. Illa demum ſententia vera eſt: Bonum honeſtum, volupe, utile, reuera ſuapte natura

[*b*] *Lib.2.mag.mor.ca.9.*
Lib.7.ad Eudem. cap.17.

tura

tura diſtingui: Honeſtum ad mentem, volupe ad ſenſum, vtile ad vegetantem animam pertinere, (Hoc bonum alio nomine ſolet Ariſtoteles appellare facultatem, quod in cauſſa ſit vt bona & mala gerere ualeamus, ſemperq; refertur ad aliud) ſed ita plerunq; inter ſe confundi, vt in vno plura vel etiam inſint omnia. De Virtute atque alijs multis, oſtendit id Ariſtoteles libro *c* primo Nicomachiorum. De Nobilitate quoq; à nobis oſtendi facilè poteſt. Eſt enim honeſtum quippiam, cum præſertim *d* honorem contineat, ſi honeſtum illud ſit quod eſt in *o* Rhetoricis definitum, id eſt, quod expetitur propter ſe, & cũ ſit laudabile quà bonum, id eſt, ſuapte natura, iucundum eſt. Et ſanè expeterent omnes nobilitatem, etiamſi nullum fructum ſecum ferret; explet enim & quaſi perficit naturam ac virtutis exuperantiam quandam oſtendit. Et gaudet vnuſquiſq; ſi bene conſtituto ſit animo, quòd ſe in *p* ea dignitate collocatum uideat, quæ ab omnibus honoretur. Ac tandem ad Virtutem conducit multum; ornat ipſam, inuidiæ minus expoſitam reddit: multasq; illi & præclaras occaſiones præbet ſeſe oſtendendæ patefaciendæq;: quo ſanè reſpectu, nobilitas ad felicitatem nõ vt pars, ſed vt inſtrumentum concurrere dicitur.

[c] *Cap. 6. 8. Et 1. ad Eudem. cap. 1.*

[d] *Ibid.*

[o] *Lib. 1. rhet. cap. 9.*

[p] *Ib. cap. 11.*

CAP.

CAP. VII.

Genus verè nobile quot fundant: Falſi Nobiles.

SEd exiſtit & altera quæſtio, Quótnam videlicet præceſsiſſe auos oporteat, vt genus eſſe nobile, vel ex eo nobilis naſci poſsit. Hîc ſanè *d* cautio illa, quam Politici homines in Ciue definiendo ad cohabitantes fallendos adhibebant, nõ eſt nobis neceſſaria: qui vt ulli adulemur, veritati rerum derogare nolumus. Ariſtoteles poſtquam diu multumq; hæſitaſſet, rem totam in hunc modum veriſsimè decidit. Vnus quantauis præditus virtute, ſi propria tantùm nitatur, non eſt nobilis. Hoc nomine reprehenditur *e* ab eodem Euripides, qui dixiſſet, Nobilem eſſe illum, qui vir bonus & clarus ipſe per ſeſe nulla maiorum commẽdatione fuerit. Et ſanè non aliam ob cauſſam Rhetores iſtos nobilitatem propria virtute definiuiſſe credendum eſt, quàm vt ad virtutem homines incitarent, ne vel qui ſunt reuera nobiles, totum ſe habere putarent, vel qui ſunt ignobiles præclaris tamen geſtis inſignes, nihil. Huc priora illa Galeni verba pertinent, quibus antequam aduerſus nobiles diſputaret *a* vſus eſt, τοιοῦτοι δέ τινές εἰσι, καὶ οἱ τὴν εὐγένειαν προβαλλόμενοι, καὶ φρονοῦντες ἐπ᾽ αὐτῇ μέγα. Eò iam res ven vt non qui & quales ſint homines exploremus, ſed le ci.

[d] *Lib. 3. pol. cap. 3.*

[e] *In fragm. De nobil.*

[a] *In ſuaſ. ad artes. cap. 4.*

nati. Egregiè Bion ab Antigono cuias eſſet interrogatus, reſpondit, Sagittarios non qui geneſe præſtent, ſed qui ſcopum melius feriant, eligendos eſſe. Vnus eſt finis ſingulis per ſe hominibus & cunctis ſimul propoſitus Felicitas, id eſt, bene beateq; uiuere: Ad hunc qui plus confert & accedit propius, maiori etiam laude atque honore dignus eſt. Alioquin (vt ad prima redeam) ſine claritate maiorum nulla planè nobilitas eſt. Simili exemplo illud *b* legitur: *[b] Menand. in Gnidia.*

ἀλλ᾽ εἰ δικαίως ἐξετάσεις, καὶ γνήσιος
ὁ χρηστός ἐστιν. ὁ δὲ πονηρὸς νόθος.

Quis autem audeat legitimè natum quamuis malum vocare nothum? Et *c* Ariſtoteles hominem legis ac Dei reſpectu vocat beſtiam.

[c] Lib. 3. pol. cap. 12. ὁ δὲ ἄνθρωπον κελεύων, προστίθησι καὶ θηρίον. Principium nobilitatis eſſe quidem vnus per ſe ſuaq; virtute inſignis poterit, ſi hanc obtineat facultatem vt multos ſui ſimiles generet, ipſe tamen nobilis adhuc non dicetur. Verba ſunt *d* Ariſtotelis: ὅταν μὲν οὖν αὐτὸς ἀγαθὸς, μὴ ἔχει δὲ τοιαύτην δύναμιν τῆς φύσεως, ὡς τίκτειν πολλοὺς ὁμοίους, οὐκ ἔχει ἀρχῆς δύναμιν ἐν τούτοις. Et addit ἀρχὴ τοῦ γένους καὶ εὐγενεῖς οἱ ἀπὸ τούτου τοῦ γένους ὄντες. Et paulò ante, ὅταν οὖν ἐγγένηται τοιοῦτος εἷς τις ἐν τῷ γένει καὶ οὕτω σπουδαῖος, ὥστ᾽ ἔχειν τὸ ἀπ᾽ ἐκείνου ἀγαθὸν πολλὰς γενεὰς, τοῦτο σπουδαῖον ἀνάγκη εἶναι τὸ γένος.

[d] In fragm. De nobil.

Atq; *e* Themiſtocles de ſeipſo, cum neſcio quis ignobilitatem generis ei vt probrum obijceret, ἀλλ᾽ ἐγὼ τοῖς μετ᾽ αὐτὸν τοῦ

[e] Gal. in ſuaſ. ad art. 4.

τὸν τοῦ γένους ἄρξω, καὶ τὸ μὲν ἐμὸν ἀπ' ἐμοῦ γένος ἄρξεται, τὸ δὲ σὸν εἰς σε τελευτήσει. Multi itaq; continuata ſucceſſione inſignes virtute viri, præceſſerint neceſſe eſt, antequam genus nobile reputetur. Hinc illa in Homero frequens Heroum appellatio, à nomine auorum vel etiam proauorum deducta. Et hoc ipſum clarius etiam in *f* Rhetoricis hiſce verbis traditũ eſt: ἰδία δὲ εὐγένεια ἡ ἀπ' ἀνδρῶν ἢ ἀπὸ γυναικῶν καὶ γνησιότητος ἀπ' ἀμφοῖν· καὶ ὥσπερ ἐπὶ πόλεως τούς τε πρώτους γνωρίμους, ἢ ἐπ' ἀρετῇ, ἢ πλούτῳ, ἢ ἄλλῳ τῳ τῶν τιμωμένων. καὶ πολλοὺς ἐπιφανεῖς ἐκ τοῦ γένους καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας, καὶ νέους καὶ πρεσβυτέρους. Et *g* alibi de cauſsis loquens, ex quibus pendet nobilitas, ἡ γὰρ εὐγένειά ἐστιν ἀρχαῖος πλοῦτος καὶ ἀρετή, quod vbiq; inculcat, cum de nobilitate loquitur. Nec mirum uideatur, id quod eſt ignobile, eſſe tamen nobilitatis principium. Perfectus virtutis habitus, ex imperfectis actionibus comparatur. Et omnis generatio, ex eo fit, quod non eſt actu tale. Neq; *h* generatio ipſa, dicitur natura, vt neq; id quod generatur dicitur naſci: vtrunq; tamen poteſt natura nuncupari ab eo, ad quod proficiſcitur, id eſt, ipſa natura: quò ſine dubio reſpexit Ariſtoteles, cum ſuprà in Politicis & Rhetoricis generoſum, virum per ſe probum nuncupauit, atq; in fragmento de Nobilitate, nobilem, illum qui facultatem multorum ſui ſimilium procreandorum obtineat: alioquin enim, antea dixerat, ὡς εὐλόγως οὐχ οἱ πλούσιοι οὐδ' οἱ ἀγαθοὶ, en quàm expreſſè ſe declarat,

[*f*] *Lib. 1. cap. 5.*

[*g*] *4. pol. cap. 8.*

[*h*] *Lib. 2. phy. cont. 14. & lib. 5. met. cap. de nat.*

clarat. ἀλλ᾽ οἱ ἐκ πάλαι πλουσίων ἢ ἐκ πάλαι ἀγαθῶν εὐγενεῖς εἰσὶν ἄρ. Ex quo colligitur erratum illorum, qui nobilium tria genera conſtituerunt. Alterum enim quod ſeipſo εὐγενὲς vocant, non eſt propriè: cum nullum genus eius anteceſſerit. Quod ſi nobile ſic appellent, quaſi principium nobilitatis, ne iſtud quidem conuenit, niſi tale concipiatur, vt multos ſui ſimiles generare queat, & principij rationem ad poſteritatem habeat. Neq; enim (inquit idem rerum & verborum Præceptor) ὁ πατὴρ ἐγέννησεν ἀγαθὸν, qui nempe dici nobilis queat, δι᾽ αὐτό. ἀλλ᾽ οὔτι ἐκ τοιούτου γένους ἦν. Quid clarius? quomodo igitur magis nobilis reputabitur, qui ſeipſo eſt nobilis (vt iſti vocant) quàm qui à genere acceptum tale nomẽ habet? cum ne nobilis quidem propriè ille ſit? Tertium quoq; genus ex vtroq; (vt aiunt) conflatum, quo differet à Generoſitate? Attamen teſtimonio Ariſtotelis illud ſtabilire volunt quoq;. Proferatur locus: is eſt in libro [a] quarto de Republica talis: ἐπεὶ δὲ τρία ἐστὶ τὰ ἀμφισβητοῦντα τῆς ἰσότητος τῆς πολιτείας, ἐλευτερία, πλοῦτος, ἀρετή: τὸ γὰρ τέταρτον ὃ καλοῦσιν εὐγένειαν, ἀκολουθεῖ τοῖς δυσὶν, &c. Loquitur Ariſtoteles de ijs rebus quibus præditi homines, ſibi quiſq; pares alteri honores & commoda in Republica deberi contendunt: atq; enumerat libertatem, diuitias, virtutes: excuſans poſtea ſe quòd nobilitatem omiſiſſet, quam tamen de paritate imperij certare quoq; ſolere antea dixerat, addit, Nobilitatem diuitias virtutemq; ſequi. Quis hinc aliud colligat, quàm id quod in tertia nobilitatis definitione afferenda dicemus, nimirum dignitatem illam ac præſtantiam maio-

[a] *Cap. 8.*

H 2 rum,

314

rum, quam *b* ad poſteros quaſi per gradus delatam propriè ac uerè vocamus εὐγένειαν, ex virtutibus eorum ac diuitijs naſci? Sic enim ſe ſtatim explicat Ariſtoteles: ἐστὶ γὰρ εὐγένεια ἀρχαῖος πλοῦτος καὶ ἀρετή. Et *c* alibi, εὐγενεῖς γὰρ εἶναι δοκοῦσιν οἷς ὑπάρχει προγόνων ἀρετή, καὶ πλοῦτος. Vbi propria ſi eſt antiqua? ſi maiorum? ſi generis? Sit ergo ſecundus ille nobilis, ſed non propriè, non verè, non formaliter: & hic tertius, non alius à primo, niſi quòd nobilitati generoſitatem adiunxerit. Quorſum igitur hos inter ſe comparare? Non fit comparatio inter ea quorum *d* diuerſa natura eſt: & comparabilia non ſunt quæ genere differunt. Non alio certè nomine, in æquali & iuſto æſtimando Politicos quoſdam, & Platonem qui Remp. popularem vocaret optimam malarum Rerump. reprehendit *e* Ariſtoteles quàm iſto. Sed nos eò reuertamur vnde diſceſsimus, & certum numerum auorum conſtituamus, quo genus nobile dici poſsit. Diximus antea nullam fuiſſe aliam nobilitatis originem, quàm conſenſum atque opinionem hominum, quæ eſt, ex bonis naſci bonos. At non planè concipitur hæc opinio ex vno ſolo: neque ex duobus etiam: cum præſertim ſemper recens memoria humilitatis proaui, patris & aui lucem obſcuret: adeò vt neque ipſi planè eſſe boni, neque eorum nati exiſtimentur. Tres igitur vel etiam quatuor anteceſsiſſe illuſtres

[b] Plutarch. in lib. pro nobil.

[c] 5. pol. cap. 1.

[d] Lib. 7. phy. cap. ult. Lib. 10. Metaph.

[e] Lib. 3. pol. cap. 8. 4. lib. cap. 2.

luſtres progenitores ad minimum oportet, tum quia confirmata planè opinio illa tunc erit, tum quia nulla memoria ignobilitatis maiorum, dignitatem poſteriorum premere apud animos viuentium hominum poterit. Lex erat apud *f* Platonem, vt patris opprobria & pœnæ filios non ſequerentur, præterquam ſi alicui pater, auus, & proauus capitis condemnati fuiſſent. Talis autem cum ſuis opibus, forte tamen excepta, relegari in alium locum iubebatur. Nulli dubium, Platonem dum culpam parentum filijs imputat, eò reſpicere, quo nos in nobili genere conſtituendo ſpectamus. Necꝙ altius origo repetenda: alioquin uel Reges ipſi (vt Plato aiebat) ex ſeruis tandem deriuarunt, atꝙ ex Regibus ſerui. & nulla eſt planta quantumuis pulchrè frondeſcens & florens, quæ radicem ſqualidam obſcuramꝗ; non habeat. Continuatam autem eſſe claritatem iſtorum quatuor neceſſe eſt quoꝙ, vt ſit nimirum patris, aui, proaui, abaui: alioquin opinio illa influentis in poſteros dignitatis ac præſtantiæ, quaſi in medio curſu intercepta præcideretur. Quod ipſum ſignificauit Ariſtoteles hiſce verbis: ἐκεῖν ὁμοίως κ' ἄν τις ὑπολαμβάνῃ ὅ τοὺς εὐγενεῖς εἶναι τοὺς ἐκ πάλαι πλουσίων, hoc enim non ſat eſt, niſi ſit continuata ſeries vsq; ad vltimum, ὁ δὲ τοὺς ἐξ ἀγαθῶν πάλαι (omnino enim ſic legendus eſt ille locus) eandem nempe ob cauſſam: quapropter concludit poſtea, in iſtorum neutro nobilitatem poſſe deprehendi, ſed in eo duntaxat vt ſit γένους nempe totius ἀρετῆ. Ex quibus omnibus colligitur, quàm etiam errent ij, qui dum multos recenſere auos poſsint, ſe nobiles putant. Atheni-

[f] 9. de leg.

CAP. VIII.

Locus quatenus nobilitet: Barbari: eorum nobilitas: explicatur locus Ariſtotelis ex primo Politicorum. Nobiles in pagis uiuentes.

TErtia exoriri ſtatim uidetur, Vtrum genus materna quoq; ſtirpe reddi nobile, & quo modo poſsit. Sed iſta longe commodius in fine huius operis tractabitur. Illa nunc potiſsimum inſtat: An loci & patriæ claritas Nobilitati quicquam conferat, uel obſcuritas deroget. Rectè ſentiunt, qui dicunt nobile quidem eſſe poſſe genus, nulla patriæ claritate commendatum, uerùm ex parte tantùm, id eſt, in ſuis duntaxat ſedibus, non abſolutè tamen uel ubiq; nobile. Nos in hunc modum rem planius decidi poſſe arbitramur. Nobilem extra hominum ſocietatem ſi quis intelligat, is planè ſit ineptus, vt ex ſequentibus conſtabit magis. Hæc ſocietas, eſt uel familiæ, vel pagi, vel ciuitatis: præſtantiſsima omnium Ciuitas eſt: hæc *d* finis aliarum, hæc ſeipſa contenta, ex familijs nēpe, generibus, pagisq; perfectæ copioſæq; vitæ gratia inſtituta communio. In hanc qui plus conferunt, vt poſt dicemus, illi ſuſpiciuntur ac præ alijs coluntur: & multò etiam magis ſi de integra gente,

[d] Lib. 3. pol. cap. 6. & 1. pol. 1.

gente, ſi de omnibus bene promereri *e* poſsint, ὥσπερ βολὴ γὰρ ἀρετῆς τὸ πάντας εὐποιεῖν. Atq; *f* alibi, ὥστε τοῦτ' ἂν εἴη τ' ἀνθρώπινον ἀγαθόν. εἰ γὰρ καὶ ταυτόν ἐστιν ἑνὶ καὶ πόλει, μεῖζόν γε καὶ τελειότερον τὸ τῆς πόλεως φαίνεται καὶ λαβεῖν καὶ σώζειν. ἀγαπητὸν μὲν γὰρ καὶ ἑνὶ μόνῳ, κάλλιον δὲ καὶ θειότερον ἔθνει καὶ πόλεσιν. Et gens vel natio totum quoddam eſt ex pluribus conſtans ciuitatibus: & ciuitas ex pluribus ciuibus: Non dicitur autem Gens nobilis niſi in illa plures & frequentes extiterint nobiles: eadem nanq; ratio ciuitatis & gentis eſt: at *g* ciuitas (inquit Ariſtoteles quodam loco, quem infrà melius explicabimus) nobilis non dicitur, niſi qui vrbem illam condiderunt, ac tandem eius gentis vel ciuitatis duces extiterunt, illuſtres fuerint: aut ſaltem niſi multi propter honeſta ſtudia præclareq; geſta inſignes clariq; viri in ea nati ſint. Per ſe itaq; nobilitatur patria familijs, & à ciue ciuitas ac natio, nō à ciuitate vel natione ciuis. Et tunc totum cenſetur nobile, cum partes ſunt nobiles, non contrà, alioquin Athenis & Romæ nobiles omnes eſſent. Vnde itaq; tot contentiones de imperio atq; honoribus inter plebem, diuites ac nobiles natæ? Vnde tot tantæq; ſeditiones excitatæ? Neq; ullus in patria ignobili, nobilis naſceretur. Ex quo igitur publica gentis vel ciuitatis nobilitas exiſteret? Atq; nobilis mutata patria ex qua oriundus eſt, ſecedens in pagum uel ad Scythas, iam non poſſet ibi nobilem ex ſe gignere filium: Quid igitur cum Gallis, Germanis, Polonis, Vngaris

[e] *Lib. 1. rhet. cap. 9.*

[f] *Lib. 1. Nomach. cap. 2.*

[g] *Lib. 1. rhet. cap. 5.*

garis nobilibus fiet, quorum maxima pars in pagis atq; oppidulis obſcuris degit? Et ſanè ſi patriam nobilitare dicamus, in dubium controuerſiamq; vocanda erunt ea, quæ de natura nobilitatis antea propoſuimus. Auget tamen loci commendatio nobilitatem: ſed neq; hoc per ſe: quo igitur modo declarandum. Ariſtoteles in Politicis cum de iure, quod in uarijs Rerumpublicarum ſpeciebus uſurpatur, verba faceret, ait, *a* omnes iure quodam niti, & ius quoddam pro ſe citare, quod tamen in quibusdam non eſt ἁπλῶς ſiue πᾶν illud δίκαιον, quod κυρίως iuſtum eſt, ſed μέρος duntaxat & μέχρι τινός: quo *b* etiam modo Oſtraciſmum in deprauatis Rebuſpub. δίκαιον eſſe fatetur, & Tyrannicum quoq; imperium ἔχειν τι δίκαιον πολιτικόν, quanquam non ſecundùm naturàm. Normam autem iudicandi qualitatem iuris, eſſe uult finem, cuius potiſsimùm gratia conuenerunt homines in vnam ſocietatem, atq; illam præſertim, quam perfectiſsimam omnium appellauimus, id eſt, Ciuitatem. Is certè non eſt, vel opes parare, uel bellica ſocietate ad iniurias mutuas repellendas ſe munire, uel commerciorum, & uſus mutui commoditate frui. Quanquàm enim ſi ciuilis ſocietas eſſe debeat, iſta quoq; adeſſe neceſſe ſit, (atq; hinc affinitates & coniunctiones per matrimonia, ſodalitates, familiares conſuetudines, inductæ ſunt) attamen non ſi omnia hæc adſint, erit ſtatim ciuitas: ſed ſi adſint illa, quæ & ad viuendum & ad bene beateq; viuendum (qui proprius, *n* verus, & vltimus ſocietatis ciuilis eſt finis) conferant: Sunt autem hæc virtutes, à quibus ſolis ius

[a] *3. pol. cap. 6.*
5. pol. cap. 1.

[b] *Ib. cap. 9. & 10.*

[n] *4. pol. 4.*

lis ius illud quod παρ᾽ ἁπλῶς & ſecundùm naturam uocatur, deduci poteſt, & quo nobiles πανταχοῦ non ſolùm παρ᾽ αὑτοῖς haberi atq; appellari debent. Barbara verò gens (quo nomine *c* omnes qui Europam tenent, ſed Græci potiſsimùm excipiuntur) quia in hunc finem non conuenit, quod ex eius vita, legibus, inſtitutis, moribusq; ſatis cognoſcitur, idcirco non propriè πολιτικὴ *o* nominatur, neq; iure quod eſt ἁπλῶς, & planè ſecundùm naturam utitur: omnia nanq; & ſtudia & actiones ad id refert quod propoſitum habet. Et ſanè qualis eſt priuata barbarorum vita, talis quoq; Reſp. eorum cenſenda eſt: ἡ γὰρ *a* πολιτεία βίος τίς ἐστι πόλεως. Vtriuſq; cauſſa eſt *d* ἄγνοια τοῦ τέλους, atq; huius ἀφυΐα: quia nimirum Barbari non ſunt nati ὥσπερ ὄψιν ἔχοντες ᾗ κρίνειν καλῶς poſsint. Hoc aliunde neq; accipitur, neq; diſcitur quàm à natura. Sic ipſi rectè natura *e* ſerui dicuntur: nihilo enim plus virtutis afferunt ſecū quàm ſerui: ſic nati ad *f* ſeruiendum τυραννικῷ καὶ δεσποτικῷ, non regio vel ciuili imperio, ſic non colere verum iuſtum, ſed quod eſt κατά τι & non ſecundùm naturam, ſic non eſſe *a* ſimpliciter nobiles, immò neq; ciues rectè cenſentur: non ratione loci, ſed virtutis quæ in loco ab hominibus excolitur, id eſt, non perfectæ, & non talis quæ ubique ha-

[c] *Lib. 3. pol. cap. 10.*
[o] *Lib. 4. pol. 4.*
[a] *4. pol. cap. 11.*
[d] *Lib. 3. eth. cap. 5.*
[e] *1. pol. cap. 4.*
[f] *3. pol. cap. 10.*
[a] *4. pol. 4.*

que haberi pro virtute atq; in admiratione & honore debeat. Eſt, ait Galenus, eiuſmodi nobilitas monetæ ſimilis: quæ in illa vrbe ubi cuditur probata eſt, apud alias gentes pro adulterina habetur. Omnia igitur ad virtutem atq; ad ipſum hominem tandem redeunt. Quod ipſum in ſimili ferè propoſito concludebat hiſce verbis g Ariſtoteles, ὅταν δὲ τοῦτο λέγωσιν, οὐδενὶ ἀλλ᾽ ἢ ἀρετῇ καὶ κακίᾳ διορίζουσι τὸ δοῦλον καὶ ἐλεύθερον καὶ τοὺς εὐγενεῖς καὶ τοὺς δυσγενεῖς. Neque aliud Anacharſis Scytha uoluit, cum obijcienti cuidam contumeliæ loco patriam barbaram, mihi, reſpondit, patria dedecori eſt, tu verò patriæ. Egregiè (inquit h Galenus) hominem patriæ duntaxat ſplendore exultantem perſtrinxit. Etenim, ſi rem ipſam diligenter perſpicias, iam non διὰ τὰς πόλεις τοὺς πολίτας ἐν δόξῃ γιγνομένους, ſed contrà potius, τὰς πατρίδας è præclaris ſuorum ciuium factis illuſtratas celebratasq́ comperies. Nam quæ tandem de Stagiris haberetur oratio, niſi Ariſtoteles eam vrbem è tenebris in lucem euocaſſet? Quis Solos memoraret, niſi in eis Arati Chryſippiq́ virtus, quaſi lumen aliquod eluxiſſet? Vnde Athenarum tam longè lateq́ uagata gloria, propagata eſt? non ſanè fœcunditate ſoli, quod ſatis tenue fuit, ſed laudibus virorum, qui plurimi & præſtantiſsimi in ea vrbe nati, ſuam ſunt patriæ gloriam impertiti.

[g] *1. pol. cap. 4.*

[h] *In ſuaſ. ad art. cap. 4.*

[a] *Epicharm.*

ὃς ἂν a εὐγεγόνως ᾖ τῇ φύσει πρὸς τ᾽ ἀγαθὰ
κ᾽ ἂν αἰθίοψ ᾖ μήτηρ, ἐστὶν εὐγενής.

Et: ἡ φύσις ἑκάςῳ τῦ γένυς ἐςὶ πατρίς.

Cum Tymodemus Aphidneus Themiſtocli obijceret, quòd propter nobilitatem patriæ, non propter virtutes proprias à Lacedæmonijs magnos honores accepiſſet, reſponſum ab illo habuit, Neq; ego ſi Aphidneus eſſem, tanta virtutis inſignia fuiſſem conſequutus, neq; tu, ſi Athenienſis. Importunè autem quærunt hoc loco nonnulli, an liceat Nobili ex ciuitate in pagum ſecedere, vt in Gallijs, in Germania, in Polonia, in Vngaria fit: Quaſi verò uel idcirco Rempublicam deſerant nobiles, vel in pagis vt ſerui & ruſtici, non vt domini degant. In Regijs Rebuſpublicis contingere iſtud ſolet: cum præſertim hodie illæ (& hic abuſus quoque inualuit) non amplius typo & forma adminiſtrationis, ſed magnitudine regionis æſtimentur. Propagatis itaq; ditionis & agri terminis, iam non vnius vrbis, ſed plurium, cum magnarum tum mediocrium & minimarum gubernatione, Regium imperium definitur. Quod unum eſt quidem, & præcipuum penes ipſum Principem, ex multis tamen quaſi partibus conſtans. Etenim cum *a* ab vno cuncta prouideri facilè non ſit, plures & varios magiſtratus à Principe ſubſtitui oportet: vt (ſic *b* Ariſtoteles loquitur) cum duobus duntaxat oculis totidemq; auribus nō ſatis bene iudicare, duobus item pedibus totidemq; manibus non ſatis aptè agere ipſe queat, multos multorum oculos & pedes, multasq; manus & aures quaſi facere ſibi cogatur. Conſtituit ergò magiſtratus, atq; imperij, eos qui neq; à ſe, neq; ab imperio ſuo alienos gerunt animos, quodammodo participes facit: nō tamen

[a] *Lib. 3. pol. cap. 12.*

[b] *Ibid.*

ſine

ſine diſcrimine. His ciuibus (prout nunc ſpeciatim ciues vocant) procuranda tradit ea, quæ ciuitatis ipſorum ſunt, alijs alia: nobilibus grauiora, vt bellica & eiuſmodi alia, quæq; ad vniuerſam ipſam Rempublicam pertinent, reſeruari ſolent. Quo igitur loco ſint & uiuant, vel in pagis uel alibi, nihil intereſt. Non enim ſimul *c* uiuere vnam facit Rempublicam, vel vnius Reipub. ciues, (omnis nanq; nobilis eſt ciuis, licet non omnis ciuis ſit nobilis) ſed communes habere magiſtratus & commune πολίτευμα, quo ad vitam perfectam atq; optimam, uel vnà uel ſeparatim, uel longè uel propè habitent ciues, regi queant & gubernari.

[c] *3. pol. cap. 6.*

CAP. IX.

Cauſſæ à quibus eſt Nobilitas: Diuitiæ: & quatenus faciant ad nobilitatem: Honos quid, quorum, quotuplex: Magiſtratus: Munera.

IAM quantum fuit in nobis, ſimplici nullaq; pompa verborum fucata rerum expoſitione (quod Philoſophicum eſt) naturam originemq; veræ nobilitatis planam fecimus. Reſtat vt cauſſas exponamus, à quibus illa ortum ducit & conſeruatur. Dictum ſatis eſt antea, Nobilitatem ubiq; honorari atq; in pretio haberi. Et

319

quidem meritò, propter præſtantiam illam ac dignitatem maiorum, longi temporis progreſſu confirmatam, quæ ueluti in imagine quadam elucens in poſteris, & ipſa per ſe fauorem laudemq; meretur, & in ijsdem ui naturæ magnam ſui relinquit expectationem. Ex omnibus itaq; illis rebus, à quibus dignitas & honos pendet, naſci nobilitas poſſe, fortaſſe uidebitur. Idipſum Ariſtoteles de nobilitate priuata loquens, in Rhetoricis protulit hiſce verbis: καὶ ὥσπερ ἐπὶ πόλεως, τοὺς τε πρώτους γνωρίμους. en dignitas illa: & ideirco paulò poſt eoſdem vocat ἐπιφανεῖς: ſequitur cauſſa à qua dignitas iſta ſit, ἢ ἐπ' ἀρετῇ, ἢ πλούτῳ, ἢ ἄλλῳ τῳ τῶν τιμωμένων. Ab honore igitur ſplendor: à virtute, diuitijs, aliáue quapiam re quæ in pretio apud homines ſit, vt doctrinâ, gignitur Honor: ab ijsdem nobilitas. Conſentiunt ſanè his, quæ ſcripta ſunt ab eodem Philoſopho alibi in hunc [d] modum, εὐγενεῖς γὰρ εἶναι δοκοῦσιν, οἷς ὑπάρχει προγόνων ἀρετὴ καὶ πλοῦτος. Item alibi, ἡ γὰρ εὐγένειά ἐστιν ἀρχαῖος πλοῦτος καὶ ἀρετή. Atq;, ὡς εὐλόγως οὐχ οἱ πλούσιοι, οὐδ' οἱ ἀγαθοί, ἀλλ' οἱ ἔκπαλαι πλουσίων ἢ ἔκπαλαι ἀγαθῶν εὐγενεῖς εἶεν ἄν. Quod tamen dextrè accipiendum eſt. Quid enim diuitiæ cum eo, quod toties atque à tot ſapientibus inculcatum diximus, & cui ferè nititur tota natura nobilitatis? cōſentaneum eſſe nimirum ex melioribus naſci meliores? Reddunt ne diuitiæ natos ſibi ſimiles? καὶ ὁ πλοῦτος μὲν οὐχ ὁμοίους αὐτῷ τοὺς γεννηθέντας ποιεῖ, [a] Plutarchus ait.

[d] *Lib. 5. pol. cap. 1.*
4. pol. cap. 8.
1. pol. cap. 4.
In frag. de nobil.

[a] *Pro Nobil.*

Atq;

Atque vt paucis dicam, ſi diuitiæ nobilitent, ruant neceſſe eſt quæcunque ſuperius pro nobilitate diſputauimus. Quamobrem Ariſtoteles alibi, cum de nobilitate loqueretur, ſolius virtutis meminit prætermiſsis diuitijs, *b* εὐγένεια γάρ ἐστιν (inquit in tertio Politico) ἀρετὴ γένους; ipſam nempe definiens per cauſſam ſuam. Et *c* alibi, ἔστι δὲ εὐγενὲς μὲν κατὰ τὴν τοῦ γένους ἀρετήν. Imò poſtquam Simonidis ſententiam *d* protuliſſet, quæ fuit, illos eſſe nobiles qui ἔκπαλαι πλουσίων nati fuiſſent, paulò poſt addit, in iſtis non eſſe ſitam nobilitatem, & concludit, δῆλον ἄρ' ἐστὶν, ὅτι ἐστὶν ἡ εὐγένεια ἀρετὴ γένους. Iam ergo, non tam res ipſa quàm Ariſtotelis inconſtantia facere primo aſpectu uidetur, vt quidquam hîc affirmare dubitemus. Cæterum, ſi naturam ipſam rei & Ariſtotelis mentem exquiſitius quis ponderare atque perpendere uelit, is procul dubio liberari omni dubitatione facilè poterit. Omnino diuitiæ per ſe non nobilitant, quemadmodum rationes poſtremo loco allatæ probant. Declarandum eſt ergo, quomodo faciant ad nobilitatem: ſanè non alio, quàm quo ad Honorem & laudem faciũt. Diuitiarum *e* nomine intelligimus nummos multos, regionis poſſeſſę amplitudinem, agrorum copiam, ſuppellectilem copioſam, poſſeſsionem pecorum, paſcuorum & mancipiorum, multitudine, magnitudine, & pulchritudine excellentium: ſi præſertim hæc omnia certa fuerint, & omni periculo uacua, atque adeò vt eorum uſus & proprietas in noſtra poteſtate planè

[*b*] *Cap. 8. & lib. 5. cap. 10.*

[*c*] *2. rhet. 15.*

[*d*] *In fragm. de nobil.*

[*e*] *Lib. 1. rhet. cap. 5.*

320

planè ſit. Quanquam ſi magiſtram omnium naturam audiamus, *f* diuitiæ in uſu potius ipſo, quàm in poſſeſſione rerum eiuſmodi conſiſtere dicuntur. Porrò de Honore plura quidem diſputata ſunt ab alijs, ſed quædam inconſtanter, quòd ſe ad omnium ſententias vno eodemq́ tempore accommodare uoluerint: Vna & ſimplex Veritas eſt: hanc ſequi oportet: & huius retinendæ gratia uel ſua etiam decreta, nedum præceptorum amicorumq́ tollere, Philoſophi eſt. Nos igitur, quia locus id poſtulat, totam rem, ſed ſummatim, in præſentia proponemus. Et verum honorem eſſe, quod eſt virtutis præmium, libenter concedimus: *g* τῆς ἀρετῆς γὰρ ἆθλον ἡ τιμή: præmium inquam, id eſt, maius illud quod virtuti deferri queat: alioquin virtuti vndique perfectæ & abſolutæ, nullus honor ſatis dignus tribui poteſt: ἀρετῆς γὰρ παντελοῦς οὐκ ἂν γένοιτο ἀξία τιμή. Et primo rhet. libro *h* additur particula ὥσπερ alteri quæ eſt ἀξιά τις, quæ idem ferè poteſt quod ἆθλον. Atq; *i* alibi dixit idem, Sapientiæ nullum eſſe conſtitutum præmium, quia nihil ei par eſſe poſsit. Illud tamen negamus, in poſſeſsiōe voluntatum & animorum hominum beneficio virtutis parta, veram honoris rationem eſſe ſitam. Amoris & charitatis iſtud eſt, non honoris: & quanquam honori iuſto legitimoq́ ſit adiunctum, non tamen eſt honos. Diuinum autem & excellens bonum vocatur à Platone, primò, reſpectu externorum bonorum:

[f] *Ibid. Et lib. 1. pol.*

[g] 4. *Ethic. cap. 3.* 8. *Ethic. cap. 14.*

[h] *Cap. 7.*

[i] 3. *part. probl. 10.* 9. *ethic. cap. 1.*

rum : deinde quia indicium eſt virtutis & excellentiæ, propter quam etiam Deos honoramus : ac tãdem quia amorem & charitatem hominum coniunctam habet: quo quid præſtabilius? Multoq; minus eſt illa εὐδοξία, quam ſic definit *k* Ariſtoteles, ut ſit opinio hominum bona, de alicuius virtute uel huiuſmodi aliqua re, cuius aut omnes homines, aut multi, aut boni, aut ſaltem prudentiores, appetentes ſint. Honos enim, eſt huius bonæ exiſtimationis effectum. In hunc itaq; modum tota res habet: præcedit εὐδοξία: ſequitur (niſi adſit venenum inuidiæ) Amor, ſiue Charitas, id eſt, ualidus amor: deinde appetitus boni & cõmodi pro eo quem amamus, quod eſt Beneuolentiæ, ex qua inclinatio ad bonum illud & commodum naſcitur, id eſt, Fauor: in maiores autem & potentiores, Obſeruantia & Cultus: in Deum Pietas: ſequitur Honos: qui eſt ſignum iſtorum omnium ſi adſint omnia, vel intenſa & perfecta ſint, uel in ipſis rudimentis, id eſt inchoata tantùm: Illud certè neceſſariò requiritur, cuius meminit Ariſtoteles, Bona exiſtimatio. Quî fieri nanq; poteſt, vt non uel multum uel parum amemus, atq; fauore proſequamur eos, de quibus bene exiſtimamus, & de quorum beneficentia optimam concepimus opinionem? Hinc ad aliquod eius rei monumentum ſtatuendum inducimur: quod uocatur præmium, quia ipſo quaſi afferimus apud omnes teſtimonium virtutis in honorato: hunc verò maxima iucunditate afficimus, cum efficimus honoribus noſtris, vt ſe virum probum haberi ſentiat: vt ſit Honos nihil aliud, quàm res indicans opinionem de illius qui honoratur bonitate beneficentiaq; in animis honorantium

[k] *1. rhet. cap. 5.*

tium concepta. Sunt qui non εὐδοξίαν, ſed δόξαν in definitione Ariſtotelica legi uelint. At perinde eſt: & pro certo habendum, anceps alioquin verbum pro εὐδοξία debere accipi: nam cum Ariſtoteles in enumeratione partium felicitatis, non εὐδοξίας ſed δόξης meminiſſet, in definitione tamen earundem, non δόξαν ſed εὐδοξίαν explicauit. Alibi etiam *a* honorem & εὐδοξίαν ita coniungit, vt non alio pacto hîc ſe intelligi uelle ſatis declaret. Vtcunque verò ſit, non ſatis acutè dixit Scaliger, δόξαν hoc loco virtutis conditionem in perſona ſignificare: verbum enim illud non ad eos qui coluntur, ſed ad eos qui colunt eſt referendum; res ipſa ſatis per ſe loquitur. Neque acutius ab eodem reprehenſus eſt Viues, qui dixerit, Honorem eſſe virtutis teſtificationem: quaſi ſtatua quamuis muta ſit, minus tamen teſtetur merita quàm narratio. Si metaphora diſplicuit, habuit multa quæ in quouis etiam ſapientiſsimo ſcriptore reprehenderet: & in ſe ipſo plurima. Falſum eſt quoque, elogia, prædicationes, aſſurrectiones, prælationes, fieri ad exemplum, non ad præmium. *b* Honor quicunque fuerit, niſi ſit fucatus, indicat bonam exiſtimationem, & conſequenter affert ſecum teſtimonium virtutis, eius qui colitur, atque vnà colentis officium, quod eſt quaſi pretium ſiue præmium quoddam, quia debitum. Sed reuertar ad priora. Honoris partes, uel dicto uel facto comprehenduntur. Facto, vt ſacrificia: veteres nanque Diuinos honores, ijs à quibus beneficia accepiſſent maxima, concedere, atque hoſtias immolare ſoliti erant, vt Braſidæ Lacedæmonio *c* Amphibolitæ, T. Quintio Flaminio

[a] *1. rhet cap. 11.*

[b] 8. *eth. 14.*

[c] *Thucyd. lib. 5.*

minio *d* vniuerſa Græcia: deinde γέρα, id eſt honores quidam certi, quibus cùm viui tùm mortui in reuerētiæ ſignum (eſt enim ἀπὸ τοῦ γεραίνειν) afficiebantur: Item fana, luci, uel agri, quæ omnia priſci illi cineribus hominum conſecrabant, à quibus ampliſsima beneficia accepiſſent: Item prælationes, id eſt, uel ſedendo uel incedendo honeſtiorem locum cedere, quo honore *e* ſeniores ferè omnes apud Romanos & Lacedæmonios affici ſolebant: item ſepulchra extructa, imagines & ſtatuæ poſitæ, victus ex publico, qualis ab Athenienſibus in Prytaneo præbebatur ijs qui bene fortiterq; Rempublicam geſsiſſent, & qualem ſibi (erat enim apud Athenienſes maximus honos) dari Socrates *f* expetiuit: item caput aperire, aſſurgere alicui, deducere, reducere: remunerationes, vt oleaſter in veteris Græciæ certaminibus, & coronæ, quæ Romanis militibus fortitudinis cauſſa dabantur: præter hæc, Barbarica quædam, quæ ſunt ſeruitutis indicia, qualia nunc etiam immanis Turcarum natio in Rege ſuo colendo ſeruat: vt abijcere ſe ad pedes, uel adorare, & ἐκστάσεις, id eſt, cum illius quem honorant quaſi numinis cuiuſdam conſpectum ferre ſe non poſſe oſtendentes, uel faciem auertunt, uel longè ab illo ſe proripiunt. Dicto autem honores, ſunt, laudationés, tùm carmine tum ſoluta oratione confectæ. Hæ ſunt honoris partes: quæ tamen haud ſunt omnes eiuſdem ponderis: alter enim altero honore eſt altior, prout etiam gradus beneficētiæ ſunt uel magis uel minus ampli, quibus honoris gradus portio-

[d] *Plutarch. in eius vita.*

[e] *Vide 9. Ethic. cap. 2.*

[f] *In Apolog.*

portione reſpondent: atq; non omnis omni tribuitur. Multis aſſurgimus, quibus non erigeremus ſtatuam. Maximi autem eorum qui hominibus concedi debeant, ij ſunt, qui ad honorem Dei propius accedunt. Quæſtio tamen eſt de Magiſtratu, an ſit in partibus honoris collocandus. Ariſtoteles in tertio libro *a* Politicorum id affirmauit. Idem tamen libro quarto *b* Nicomachiorum dixit, αἱ γὰρ δυναστεῖαι καὶ ὁ πλοῦτος διὰ τὴν τιμήν ἐστιν αἱρετά: quæ ſi uera ſint, differet ſine dubio Magiſtratus ab Honore. Huc accedit, quod idem in libro rhetorices priore, honoris partes enumerans, magiſtratum omittit. Facile eſt reſpondere. Cum magiſtratus mandamus, non id potiſſimùm ſpectamus, vt noſtram opinionem de illius dignitate indicemus, cui committimus: ſed vt ipſe legum ſit *c* cuſtos atq; adminiſter: vt pro nobis vigilet: vt pro noſtra ſalute laborem periculumq; ſuſcipiat. Interim tamen oſtendimus quoq;, nos de illo bene exiſtimare: quo nomine iure conqueri potuit *a* Achilles de Agamemnone,

[a] Cap. 3.
[b] Cap. 3.
[c] 3. pol. 12.
5. pol. cap. 10.
[a] 9. Iliad.

μνήσομαι, ὅς μ᾽ ἀσύφηλον ἐν Ἀργείοισιν ἔρεξεν
ἀτρείδης, ὡσεί τιν᾽ ἀτίμητον μετανάστην.

Sic, Magiſtratus ſi non ſimpliciter, ſaltem aliqua ex parte dici honos poteſt. Idem de muneribus affirmari ſolet: Afferunt commodum, atq; vnà honorem, καὶ γὰρ *b* τὸ δῶρόν ἐστι κτήματος δόσις καὶ τιμῆς σημεῖον. Hinc fit (quod idem optimus magiſter monuit) vt tam auari nempe propter

[b] 1. rhet. cap. 5.

lucrum & vtilitatem, quam ambitioſi propter honorem, munerum ſint appetentes. In vniuerſum itaque, omnia dona ſpeciem quandam honoris habēt: & tunc propriè ſunt honores, cum qui accipit, lucrari non intelligitur: vt rectè dixerit *c* Ariſtoteles, fieri non poſſe, vt idem ex Repub. quæſtum faciat, & honore afficiatur. Reſtat, vt quarum rerum ſit honos, minutius explicemus. Idipſum oſtendit Ariſtoteles particulâ illa δόξης *d* uel εὐδοξίας, omnium nempe rerum ex quibus bona exiſtimatio naſcitur: vt virtutis, & ſi quid aliud eſt, quod uel omnes, vel plurimi, uel boni, uel prudentiores expetere ſoleant. In his autem, procul dubio diuitiæ quoque continentur: quod Ariſtoteles libro primo *e* rhetoricorum, & quarto libro *f* Nicomachiorum atque alibi expreſſe teſtatus eſt. Cæterum, animaduertenda particula illa eſt in definitione honoris ab Ariſtotele poſita, εὐεργετικῆς: eſt enim εὐεργεσία Honoris fundamentum: ita vt neque virtus, neque aliud quidquam honoretur, niſi εὐεργεσίας ratione. At non poteſt Virtus, quæ ad mores pertinet proprieque virtus appellatur, vt iuſtitia, fortitudo, temperantia, liberalitas, earumque Domina & Princeps prudentia, non *g* eſſe hominum ſocietati vtilis, non eſſe fructuoſa: vnde & beneficentiæ nomine ſola moralis virtutis præcipuè ſolet intelligi. & in *a* rhetoricis idcirco dicitur, εἴπερ ἐστὶν ἡ ἀρετὴ δύναμις εὐεργετικὴ πολλῶν καὶ μεγάλων καὶ πάντων περὶ πάντα. Reliqua

[*c*] *8. ethic. cap. 14.*

[*d*] *1. rhet. cap. 5.*

[*e*] *Cap. 5.*

[*f*] *Cap. 3.*

[*g*] *3. pol. cap. 7.*

[*a*] *1. rhet. cap. 9.*

323

nerò bona perinde ſunt, vt illius animus qui ea poſsidet, nec pauciora incommoda quàm vtilitates, humanæ ſocietati poſſunt afferre. Sic Ariſtoteles, poſtquam honorem ἐυεργεσίας opinione definiuiſſet, beneficia ſic diſtinxit, vt quædam ſint neceſſaria, ſaluti nempe incolumitatiq́ dandæ uel conſeruandæ, quædam utilia, & hæc uel magna, vt diuitiarum, & alicuius cæterorum bonorum, ſiue ſint animi, ſiue corporis, ſiue externa, cuius non ſit facilis comparatio, uel parua, quæ tamen propter temporis opportunitatem aut loci commoditatem magna æſtimentur, *b* πολλοὶ γὰρ διὰ μικρὰ δοκοῦντα τιμῆς τυγχάνουσιν, ἀλλ' οἱ τρόποι καὶ οἱ καιροὶ αἴτιοι. Hac ratione Deum inprimis *c* honoramus, cui hoc totum, quod ſumus, acceptum referimus: deinde parentes, à quibus geniti, educati, inſtituti fuimus: tum *d* præceptores Philoſophiæ, quos parẽtis etiam loco haberi optimus Peripateticus *e* voluit. Ex ſcientijs autem maximas ad nos peruenire utilitates quis neget? Sequuntur Politici, qui uel Reſpublicas conſtituerunt, iuſteq́ & prudẽter adminiſtrarunt, uel eaſdem legibus ſuis communiuerunt. Medicis quoq́ honores debentur, qui corpus noſtrum curant, ſanitatemq́ uel conſeruant, vel reſtituunt. Poſtremum tenent locum ij, qui *f* egeſtatem noſtram ſubleuant, opibusq́ ſuis nos iuuant. Omnia igitur hæc honorantur, ſi cum Virtute coniuncta ſint: quæ cauſſa eſt, vt reuera & propriè ſolus Virtuoſus honore

[*b*] *1. rhet. cap. 5.*

[*c*] *8. ethic. cap. 12.*

[*d*] *2. rhet. cap. 10.*

[*e*] *8. eth. Nicom. cap.*

[*f*] *8. ethic. cap. 14.*

nore ſit dignus: adſcribam g Ariſtotelis verba: κατ' ἀλήθειαν δὲ ὁ ἀγαθὸς μόνος, τιμητός. Quoniam autem (vt b Plato ſcripſit) etiam qui voluntatem benignè faciendi, ſi minus facultatem habet, honore dignus eſt, idcirco addit idem Peripateticus, ᾧ δὲ ἄμφω ὑπάρχει, id eſt, fortuna & virtus, μᾶλλον ἀξιοῦνται τιμῆς: ſequitur, οἱ δὲ ἄνευ ἀρετῆς τὰ τοιαῦτα ἀγαθὰ ἔχοντες, οὔτε δικαίως ἑαυτοὺς μεγάλων τιμῶν ἀξιοῦσιν, &c. Honoramus autem cum propter ſpectatam, tum etiam (quanquam minus) propter ſperatam beneficentiam: Verba ſunt eiuſdem Magiſtri quinto libro i Politicorum, cum de mutationibus regni ac tyrannidis agit, ἅπαντες γὰρ εὐεργετήσαντες, ἢ δυνάμενοι τὰς πόλεις ἢ τὰ ἔθνη εὐεργετεῖν, ἐτύγχανον τῆς τιμῆς ταύτης. Non tamen adeò iuſtus hic honos eſt: cum inuitamentum quoddam magis, quàm beneficæ virtutis teſtimonium & compenſatio ſit. Summa igitur honoris, de quo nunc loquimur, ad Virtutem ipſam, quaſi ad caput redit: non eſt enim beneficentia niſi virtuoſi viri proprium. a ἔτι δὲ ἀπ' εὐεργεσίας καθίσασαν τοὺς βασιλεῖς, ὅπερ ἐστὶν ἔργον τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν: quapropter alibi coniungebantur, b τῆς μὲν γὰρ ἀρετῆς καὶ εὐεργεσίας ἡ τιμὴ, γέρας.

[g] 4. Nicomach. cap. 3.

[b] Lib. 4. de legib.

[i] Cap. 10. uide idem 1. rhet. cap. 5.

[a] 3. pol. 11.

[b] 8. ethic. cap. 14.

Ex his cognoſcere ſatis poſſumus, cur diuitiæ honorentur: ſunt enim Honeſtæ, quia Honeſti efficientia, item ſigna: atq; ad actiones honeſtas neceſſariæ. At Honeſti

ſolius

324

ſolius uerè honorem eſſe, & diximus antea ex Ariſtotele, & nunc etiam repetimus his verbis, *c* Καλὰ δὲ ἐστιν ἀφ' ὧν εὐδοξία τις καὶ τιμή τις ἔνδοξος γενήσεται τοῖς πράξασιν. Non poteſt clarius id nobis dici, quàm cum honeſtum definiri audimus honore: attamen idem *d* alibi non minus expreſsè habetur. Eodem igitur (vt rem tandem concludamus) iure ad nobilitatem diuitiæ faciunt, quo ad honorem. Idipſum ſentit *e* Ariſtoteles, cuius iſta ſunt, τὰς δὲ πρὸς τὴν ὀλιγαρχίαν μᾶλλον εἰώθασι καλεῖν ἀριστοκρατίας: cauſſa exponitur: διὰ τὸ μᾶλλον ἀκολουθεῖν παιδείαν καὶ εὐγένειαν τοῖς εὐπορωτέροις. Atq; alibi, *n* egregiam virtutem & eruditionem ſine fortunæ adiumentis haberi non poſſe, diſerte teſtatur. Pauperibus otium & commoditas ad rectam educationem atq; ad ſtudia non ſuppetit: Præterea verò, diuitibus ea omnia ſolent adeſſe, quorum conſequendorum gratiâ, homines ad iniuſtè facta ſolent impelli: diuitiæ nempe atque opes & voluptates. Ac proinde (vt idem docuit) εὐπορωτέρους, καλοὺς ἀγαθοὺς προσαγορεύουσιν. Et paulò poſt, σχεδὸν γὰρ παρὰ τοῖς πλείστοις, οἱ εὔποροι τῶν καλῶν κ' ἀγαθῶν δοκοῦσι κατέχειν χώραν. Quanquam idem, diuiniſsima quadam ſententia, rem iſtam totam *a* alibi limitarit. Diuites, inquit, potius quàm pauperes illi ſunt, qui Reſp. euertunt. Vt omnino errent ij, qui cum *b* Ariſtocratiam conſtituere in animo habeant, non

[c] *In rhet. ad Alex. cap. 1.*

[d] *1. rhetor. cap. 9.*

[e] *4. pol. cap. 8.*

[n] *4. pol. 11.*

[a] *4. pol. 12. & 11.*

[b] *Ib. cap. 7. 8. 9.*

non modò plus iuris toti ditiorum ordini tribuant, ſed excludant etiam populares: Cauſſa ſubijcitur, ἀνάγκη γὰρ χρόνῳ ποτὲ, ἐκ τῶν ψευδῶς ἀγαθῶν, ἀληθὲς συμβῆναι κακόν. Quæ cauſſa eſt, ut non à diuitijs ſimpliciter, ſed à *f* diuitijs gentilitijs, nobilitas naſci dicatur. Quid enim antiquæ diuitiæ ad hoc, vt ex bonis bonus naſcatur, niſi quia iam confirmatam virtutem in uſu diuitiarum parandarum, conſeruandarum, diſtribuendarumq́ teſtantur? cum præſertim hoc ipſum duntaxat, id eſt, ἀρετὴ *g* κτήσεως, diuitiarum nomine propriè ſignificetur.

[*f*] *1. rhet. 6.*

[*g*] *1. rhet. 6.*

CAP. X.

Nobilium ius in Ariſtocratia & Oligarchia: Honos ab excellentia boni alicuius: Laus: Virtus & Scientia qua ratione honorentur & qua laudentur: Encomium: Εὐδαιμονισμός.

QVoniam autem eius qui in doctrina quaq; philoſophatur, *b* munus eſt, τὸ μὴ παρορᾶν μηδέ τι καταλείπειν, & ea quæ ſuperiore capite propoſita ſunt, difficultatibus quibuſdam impedita eſſe uidentur, nos vt muneri

[*b*] *3. pol. cap. 5.*

ſuſcepto pro viribus ſatisfaciamus, quid in quaq; diffi-
cultate verum ſit explicare tentabimus antea, quàm de
cauſsis nobilitatis excuſsiùs & fuſiùs commentemur.
Et primò, mirum videri cuipiam iure poſsit, Si nobili-
tas à Virtute per ſe pendeat, à diuitijs autem non niſi
propter virtutem, cur Ariſtoteles, vt capite ſecundo di-
ctum eſt, Nobilitatem ad Oligarchiam *o* referat, in qua
ditiores & potentiores regunt,
non autem ad Ariſtocratiam, in
qua penes bonos & virtute præ-
ſtantes viros eſt totius adminiſtrationis Reipublicæ
ſumma. Secundò, fundamentum Honoris eſſe ſolam
beneficentiam falſum uidetur, cum Ariſtoteles ipſe te-
ſtetur, nos aliam etiam ob cauſſam ad aliquem hono-
randum adduci. Quiſquis enim aliquo excellit bono, is
honore dignus eſt: Verba eius ſunt hæc, *i* τὸ δ' ἀγαθῷ
ὑπερέχον πᾶν ἐντιμότερον. Tertiò,
Virtutem honorari toties dictũ
eſt ab Ariſtotele, & eſſe quippi-
am *k* τίμιον: attamen idem tot in locis laudem ab ho-
nore diſtinguens, illam ad virtu-
tem, hunc verò ad *l* excellentia
quædam ac diuina bona, vt ſci-
entias felicitatemq;, pertinere
inquit: in quo etiam ſibi nõ con-
ſtat: nam aliquando, vt ſecundo
libro ad Eudemum, ſcientias etiam laudabiles ponit,
ἐπαινοῦμεν γὰρ οὐ μόνον τοὺς δικαίους, ἀλλὰ καὶ τοὺς συνε-
τοὺς καὶ τοὺς σοφούς. Hæc igitur diſſoluenda ſunt. Et pri-
mum, hoc pacto. Certum eſt Nobiles in vtroq; Reipu-
blicæ ſtatu ſibi quoq; principatum ac ſummam imperij
uendi-

[o] *Vide etiam 4. pol. 12. & alibi.*

[i] *4. Nicom, cap. 3.*

[k] *1. mag. mor. cap. 3.*

[l] *Vide 1. Nicom. cap. 12. 1. mag. mor. 3. 6. 33. 2. ad Eudem. 1. 2.*

uendicare: in Oligarchia diuitiarum, in Ariſtocratia virtutis excellentis nomine. Vtrunque habent, quanquam vtroq; non per ſe ac propriè conſtituatur nobilis. Generis & antiqua virtus per ſe nobilitat: diuitijs id tribuitur, quia virtutis cauſſa & ſignum eſſe ſolent. Sine dubio igitur nobilis vt nobilis in Ariſtocratia & Regno plus iuris habet, quã in Oligarchia. quod ipſum placuit Ariſtoteli quoque dicenti *a* Oligarchicam poteſtatem etiam Ariſtocraticam appellari, quia diſciplina & recta educatio locupletiorum ſoleant magis eſſe comites. Subſcribam vnum ex multis eius locis, *b* *Καθάπερ οὖν εἴπομεν ἡ βασιλεία τέτακται κατὰ τὴν ἀριστοκρατίαν. κατ' ἀξίαν γὰρ ἐστιν ἢ κατ' ἰδίαν ἀρετὴν ἢ κατὰ γένος.* Vbi audimus quoq; inter propriam generisq; virtutem, id eſt, nobilitatem, expreſſe diſcrimen poni. Et alibi dicebat, nõ multas eſſe reſp. Ariſtocraticas, plurimas autem Oligarchicas Democraticasq;, quia nimirum nobiles & virtuoſi nuſquã multi reperiantur, diuites autem pauperesq; ſint ubiq; plurimi. Quoniam verò non poteſt ipſa per ſe nobilitas cum propria virtute conferri, vt ex octauo capite libri tertij Politicorum ſatis colligitur, idcirco mirandum non eſt, ſi cum de Regno, Ariſtocratia, optimaq; Republica Ariſtoteles diſputat, virtutis ferè ſemper, nobilitatis autem raro ac non multùm meminerit. De ſecunda quæſtione dicimus, Ariſtotelem in rhetoricis & in moralibus populariter ac ciuiliter ſæpe fuiſſe locutum. Apud homines enim politicos, verè quod ad honorandum maximè allicit, eſt beneficæ virtutis opinio: quod ab Ariſtotele quarto Nicomachiorum loco ſæpius allegato, eſt affirmatum. Honorem iniuſtum ſemper excipio, qui vel ab improbis, uel ignorantibus adhibe-

[a] *4. pol. cap. 3.*
[b] *5 pol. 10. & 1.*

 tur, &c

tur, & qui uel lucri ſpe, uel metu, uel ui etiam, impijs non rarò habetur, cum talis indigna potiùs homine ſeruitus, quàm honos ſit. Altius Politici non aſſurgunt, neq; aliam vitam, quàm ciuilem hanc, uel aliam felicitatem ſpectant. Sapientes uerò qui non uſu, ſed præſtantia dignitateq; rerum afficiuntur, aliam hanc honoris cauſſam, & quidem maximam iuſtiſsimamq; agnoſcunt. Sic Ariſtoteles Theologiam reliquis omnibus ſcientijs, quantumuis vtilioribus, honore dignitateq; antecellere uoluit: eſt enim immenſum quoddam bonum: ac proinde honore digniſsimum. Sic Epicurus, qui Deum nihil agentem, resq; haſce humanas non modò non procurantem, ſed ne uidentem quidem induxit, eum tamen dignum arbitrabatur, qui ob naturæ præſtantiam hominum pietate coleretur. Pictorem etiam egregium, nobis tamen non fructuoſum honoramus: quanquam & ipſe fructum quendam, quòd noſtram nimirum imaginem affabrè repræſentans, quaſi verâ noſtri præſentiâ apud poſteros nos reddat immortales, tum iucunditatem mirificam, voluptatemq; affert. Tertiam dubitationem hydræ capiti ſimilem eſſe docti quidam meritò dicunt: Tanta nanq; iſtorum vocabulorum varietas tantusq; abuſus eſt apud Ariſtotelem, vt uix vnam illius partem diſſoluere queas, quin multæ ſtatim aliæ quæſtiones exoriantur. Et quamuis multi magniq; viri de honore ſcripſerint, illorum tamē nemo hactenus fuit, qui explere mihi animum ſatis potuerit. Sunt qui dicant, Honorem à Laude differre, quòd honos ad virtutis actiones, laus ad habitum ipſum propriè pertineat. Sed huic ſententiæ

Mirand. lib. 1. de Honore.

obſtat

obſtat locus, qui in primo *c* magnorum moralium libro legitur, τὰ δὲ ἐπαινετὰ οἷον ἀρεταί· ἀπὸ γὰρ τῶν κατ᾽ αὐτὰς πράξεων ὁ ἔπαινος γίνεται. qui locus omnino quaſi è diametro cum ſententia commemorata pugnat. Dictum nanque paulò ante fuerat, οὐκοῦν καὶ ἡ ἀρετὴ τίμιον: cauſſa expoſita, ὅταν γε δὴ ἀπ᾽ αὐτῆς σπουδαῖός τις γένηται. Honor igitur habitui potiùs quàm actioni, laus verò contrà tribuitur. Similis *d* huic atque repugnans adhuc magis eſt ille alter, ἔπαινοι τῆς ἀρετῆς διὰ τὰ ἔργα, καὶ τὰ ἐγκώμια τῶν ἔργων: & ſequitur: καὶ στεφανοῦνται οἱ νικῶντες, id eſt, opera, ἀλλ᾽ οὐχ οἱ δυνάμενοι νικᾶν, id eſt, habitum, μὴ νικῶντες δέ. Item tertius, *e* ἐπεὶ δὲ ἐκ τῶν πράξεων ὁ ἔπαινος: ἴδιον δὲ τοῦ σπουδαίου &c. Neque eſt quod his obijciat aliquis, duodecimum ac decimumtertium libri primi Nicomachiorum caput, vbi Laus habitui aſcribitur: non enim hoc nunc agimus, vt habitum propria laude priuemus, ſed vt oſtendamus, propriam quoque actionibus virtuoſis deberi. Non eſt etiam veriſimile quod aiunt, actionibus nempe laudem dari, quia ſint habituum ſigna: Encomium enim, quod eſt laus quædam, & à laude diſtinguitur, ut poſt dicemus, operum ipſorum eſt, ut Ariſtoteles locis iam citatis, & à nobis infrà producendis teſtatur. Quomodo igitur iſtâ ſaltem ſui parte, laus ab honore differet? Et mehercle ſi vera iſti dicerent, mirum eſſet, Ariſtotelem tot tantisque locis adeò impropriè vocabulum laudis uſurpaſſe, ac tum præſertim, cum laudem ab honore diſtinguere uoluiſſet.

[c] *Cap. 3.*

[d] *Lib. 2. Eudem. cap. 1.*

[e] *1. rhetoric. cap. 9.*

luiſſet. Alij itaq; ſentiunt, laudis notionem ac vim, prout ab honore diſtinguitur, eò tantùm ſpectare, vt à vitijs nos reuocet, atq; ad præclara facinora cohortetur, ad quem finem reſpexiſſe Ariſtotelem volunt, cum libro priore Nicomachiorum dixit, ridiculum haberi, qui Deos laudet, cum uidelicet in vitia labi ipſi nequeant, neq; ad virtutem ſequendam cohortatione fiant alacriores: Quo nomine Felicitas quoq; abſurdè laudetur, cum ad ipſam potiendam cuncti inflammato animo contendamus. Sed neq; hi totam rem tenent. Primùm enim, nullibi quod meminerim, talem laudis notionem ſignificauit nobis Ariſtoteles: nam verba illa primi Nicomachiorum libri πρὸς ἡμᾶς ἀναφερόμενοι, ex quibus iſta Laudis definitio extundi poſſe iſtis uidetur, non aliter ſunt accipienda, quàm libro ſecundo ad Eudemum accipiantur. De iſto poſtea uiderimus. Deinde cohortamur, cum timemus ne quis de recta via virtutis ad vitia declinet: laudamus autem propter virtutis habitum præſentem, & propter ipſa iam præclarè atq; egregiè facta. Sic Ariſtoteles rectè [a] dicebat, ἐπεὶ ἐπαινοῦμεν καὶ μὴ πεπραγότα εἰ πιστεύομεν εἶναι τοιοῦτον: qualem nimirum indicare ſolét opera: τὰ δὲ ἔργα σημεῖα τῆς ἕξεώς ἐστιν. Atq; ibidem, διὸ καὶ ἐγκωμιάζομεν πράξαντας: alius itaq; hic finis eſt, quàm cohortatio. Ac tandem ſi ſic res haberet, non minus propriè ſcientias quàm virtutes laudaremus: quod iſtorum tamen decretis aduerſatur. Nos autem de tota re in hunc modum ſtatui ex Ariſtotelis mente debere arbitramur. Nominis ipſius rationem ſatis explicarunt

Flam. Nob. lib. de bon. cap. 9.

[a] *1. rhet. cap. 9.*

runt [b] alij : Eſſe autem ἔπαινον orationem quæ aperit atque ignotam alijs declarat magnitudinem Virtutis, dixit Ariſtoteles in [c] rhetoricis, ἔστι δὲ ἔπαινος λόγος ἐμφανίζων μέγεθος ἀρετῆς: atque ad honorem referri non dubium eſt, quatenus inquam μνήμη eſt, id eſt, monumentum obſeruantiæ ſtudijque quo virtuoſum ac beneficum hominem proſequimur, uel ſit ἐν μέτροις uel ἄνευ [d] μέτρων μνήμη: atque hac ratione, laus & ſciẽtijs & felicibus & ipſi Deo veriſsimè tribui poteſt, quod Ariſtoteles ipſe quoque multis in locis teſtatur. Eſt autem, cum uel incitationis, uel cohortationis, uel exercitationis, uel alius finis gratia virtutis magnitudinem oratione noſtra celebramus: quod ipſum propriè laudis eſt : & ab honore magis alienum : minoris tamen fit ab Ariſtotele quàm honos. Tribuitur itaque hoc modo laus, rebus ijs, quæ in ſe finem non habent ſuum, ſed ad aliud referuntur, in quo finem habent poſitum. Honor verò ijs propriè ac legitimè habetur, quæ perfecta quædam in ſe ipſis ſimpliciterque bona ſunt, & aliò non relata. Stultè nanque Deos laudaueris, vt cohorteris uel incites ad aliud, cum ipſi in ſe ipſis beatiſsimi ſint, & nihil ſibi acquirant, ſed alijs largiantur, atque id redundantia bonitatis eorum, non quia ipſi talem actionem externam pro fine requirant. Abſurdè quoque laudaueris Felicem, cum Felicitas omnia in ſe contineat, uel ut partes, uel vt inſtrumenta, uel vt ad ſeipſam vnam quomodocunque relata. Verba ſunt Philoſophi in magnorum moralium libro [e] priore, τὸ δὲ

[b] Scaliger lib. 3. Poet. no. & 1. poët. cap. 41. Mad. in poët. Ariſt. ex Plat. in Phedro & in Ione.

[c] Cap. 9.

[d] Ibid. cap. 5.

[e] *Cap. 3.*

Τὸ δὲ τίμιον λέγω τὸ τοιοῦτο, τὸ θεῖον, τὸ βέλτιον, τὸ ἀρχαιότερον ἡ ἀρχή. Et *f* alibi. Δῆλον ὅτι οὐκ ἐστὶ τῶν ἀρίστων ἔπαινος: ἀλλὰ μεῖζόν τι καὶ βέλτιον. οὐδεὶς γὰρ τοὺς θεοὺς ἢ τὴν εὐδαιμονίαν ἐπαινεῖ, καθάπερ τὸ δίκαιον, ἀλλ᾽ ὡς θειότερά τινα καὶ βέλτια μακαρίζει. Audimus utrobiq; τὸ τιμητὸν pluris fieri, quàm τὸ ἐπαινετόν. ac proinde hoc de rebus, quæ non propter ſe, ſed propter aliud expetuntur: alterum uerò de rebus optimis atq; in genere ſuo præſtantiſsimis maximeq; exoptandis, dici ſolet: En alia eiuſdem hac de re *g* verba, διὰ τί ἡ εὐδαιμονία οὐκ ἐπαινεῖται: Cauſſa: ὅτι διὰ ταύτην τ᾽ ἄλλα: ἢ τῷ εἰς ταύτην ἀναφέρεσθαι: ἢ τῷ μόρια εἶναι αὐτῆς. Et alibi ex Eudoxi ſententia, Deum non laudari affirmat, quia ſit quippiam rebus laudabilibus præſtantius: quod ſic probat, πρὸς ταυτὸν γὰρ καὶ τ᾽ ἄλλα ἀναφέρεσθαι. De laude uerò *a* dicebat, φαίνεται δὴ πᾶν τὸ ἐπαινετὸν τῷ ποιόν τι εἶναι, καὶ πρός τί πως ἔχειν, ἐπαινεῖσθαι: ac declarat quid illud ſit, τὸ ἔχειν πῶς πρὸς ἀγαθόν τι καὶ σπουδαῖον: eſt verò iſtud ἔργον καὶ πρᾶξις, à qua felicitas emanat, quod eſt ſummum bonum. Sic enim ipſe alibi, *b* & citato loco Eudemiorum, τό τε γὰρ εὖ πράττειν καὶ τὸ εὖ ζῆν, τὸ αὐτὸ τῷ εὐδαιμονεῖν: ὧν ἕκαστόν ἐστι χρῆσις καὶ ἐνέργεια. Laudatur itaq; res, quia quodammodo ſit ad ſimpliciter bonum atq; optimum affecta. Ipſum autem optimum & non aliò relatum, ſupra laudem extollit ſe, ſuſpiciendum mortalibus, honoribusq; colen-

[f] *Lib.1.Nicom.cap.12.*

[g] *1. Eudem. cap. 1.*

[a] *1. ethic. cap. 12.*

[b] *1. eth. Nicom. cap. 11.*

colendum. Non errant *c* autem, qui ſtudij uel conatus noſtri ad laudem definiendam meminerunt. Tum nanque laudamur, cum ſtrenuè impigreque elaboramus in cōſequutione bonorum, quæ ſimpliciter bona non ſunt, ſed ad aliud relata. Hæc enim ſine induſtria nō contingunt nobis. Contra, ſi negligenter uel turpiter nos geramus in ijs adipiſcendis, uituperari ſolemus. Neque tamē ijdem rectè concludunt, acquiſitione ſola talium, laudem debere intelligi. Quanquam enim Felicitatem laudare eodē nomine iure poſſemus, (quatenus nempe in noſtra poteſtate ſitum eſt eam cōſequendi: Etenim primùm quidem ex Dei beneficio ipſa *c* pendet, ſecundò tamen ex poteſtate noſtra, quia virtute nititur, quam doctrina conſuetudineque acquirere nobis poſſumus) & libro *d* priore rhetoricorum etiam quæ fortuitò & caſu nobis frequenter obueniunt, quia conſilio & diligentia noſtra facta videantur, laudari Ariſtoteles uelit: in quibus tamen induſtria noſtra nihil aut parum admodum ualet, ut pulchritudine, multitudine liberorum affiniumque, & corporis bonis, laus habere locum non poſſet; quod tamen eſt falſum. Non ex ſola igitur rerum laudatarum acquiſitione, ſed ex fine quoque propter quem expetuntur, laudis atque honoris differentia naſcitur. Hinc fit, vt quia Virtus itemque ſcientiæ, bona etiam quædam præſtantia, per ſe expetenda, hominumque ſocietati maximè ſalutaria ſunt, honore digna veriſsimè cenſeantur. Ac de ſcientijs quidem certum eſt, de virtute quoque ex ijs verbis, *e* οὐκοῦν ἐστὶν ἡ ἀρετὴ τίμιον: non relatione ad aliud, ſed quia ἀπὸ αὐτῆς σπουδαῖός τις γένη-

[c] *Schegk.*

[c] *Lib. 1. Nicom. cap. 11.*

[d] *Cap. 9.*

[e] *1. mag. mor. cap. 3.*

M τις γένη-

τις γένηται: ἤδη γὰρ οὗτος εἰς τὸ τῆς ἀρετῆς σχῆμα ἥκει. Non alio certè ſenſu iſta protulit Ariſtoteles. Verùm cùm ex ſcientia, tùm ex virtute ad felicitatem relatis, laudem adipiſcimur: vt ex decimotertio capite libri primi Nicomachiorum, atque ex ſecundo ſecundi Eudemiorum palàm eſt. Minùs tamen ſcientia quàm virtus laudatur. Quapropter ferè non vituperamus eum qui geometra, uel phyſiologus, uel pictor nõ ſit, ſed qui improbus, iniuſtus, intemperans: cauſſa eſt, quia bona iſta hominibus in ciuili hac ſocietate degẽtibus minus, aut ſaltem non omnibus propoſita videntur eſſe: virtutem nunquam non affectare omnis debet: *f* pertinent ſciẽtiæ ad aliam felicitatem, quæ longè diuinior eſt, ac proinde τιμίων magis propter excellentiam, quàm ἐπαινετῶν erunt. Eſt autem (vt rem abſoluamus) Encomium Laus quædam. Nam *g* hæc vniuerſim virtutis ipſius magnitudinem ſimplici ac nuda oratione celebrat: illud autem, ſingularium operum ac rectè factorum excellentiam maiore cum pompa & exquiſitiùs illuſtrat. Sic omnis ἐγκωμιάζων ἐπαινεῖ, non autem è conuerſo: vt ſit in vtroque nec eadem planè res, nec modus planè idem. Vox autem illa μέγεθος in laudis & encomij definitione, non eſt vt putant *i* quidam, ſuperuacanea. Nam quamuis magnæ virtuti, magna laus detur, & paruæ parua, nunquam tamen virtus laudatur, quæ aliqua magnitudine inter cæteras non emineat. εὐδαιμονισμὸς *h* autem & μακαρισμὸς laudem continet atque encomium, ſicuti etiam εὐδαιμονία omnia bona in ſe claudit. Cum enim aliquem prædicamus feli-

[*f*] *6. eth. cap.*

[*g*] *2. ad Eudem. cap. 1.*

[*i*] *Scalig.*

[*h*] *1. rhet. cap. 9.*

felicem, (hoc eſt εὐδαιμονίζειν uel μακαρίζειν) neceſſariò laudem eius & encomium complectimur: & quæ perſona capax eſt εὐδεμονισμοῦ, illa eodem tempore ornatur ἐπαίνῳ, & quod eſt etiam maius, ἐγκωμίῳ. Summus igitur ille honos eſt, qui ſermone poſsit haberi: quapropter Deo & quibuſdam hominibus diuina quædam bona in ſe habentibus, rectiſsimè ſolet ac debet attribui. Sic ὕμνος laudatio quidem erit ipſius Dei, minus tamen quippiam, quàm εὐδαιμονισμός. Sed reuertatur iam tandem illuc, unde diſceſsit oratio noſtra.

CAP. XI.

Sapientia, quæ nobilitat: Contemplatio Actioni præſtat: non tamen facit nobiliorem: Politica de legibus: Ars militaris: non eſt nobilior illa: Prudentia: Virtutes morales.

FOntem ex quo Laus, Honor, ac tandem Nobilitas fluit, Virtutem eſſe ſtatuimus: quæ duplex eſt, Mentis & Moris. De utraq; multa in quæſtione de Habitibus, & in commentario de Virtutibus diximus. Nunc tantum dicemus, quantum propoſito noſtro ſatis eſſe queat. Capita ipſa rerum monſtrabimus: reliqua minutiora per ſe omnes intelligent. Mentis itaq; virtutes

appellamus Sapientiam, Prudentiam, Artem: hæc enim in mente, ut in propria ſede ac ſubiecto reperiuntur. Moris autem vt fortitudinem, temperantiam, liberalitatem, iuſtitiam, quæ appetitui conueniunt, vt aliâs contra Scotum pro Ariſtotele diſputauimus, & nõ tam doctrina, quàm more uel conſuetudine comparantur. Quod igitur ad Sapientiam pertinet, nulli dubium eſt, magnos ex ea fructus ad humanum genus prouenire, ac rem per ſe honore digniſsimam eſſe. Ne tamen huc adducant iſti mihi Sapientes illos, qui procul à ciuili turba, quaſi deſpecta terra, & cœleſtes ciues *a* facti, ſibi ac cœlo, Deos imitantes, uiuunt. Iſtorum conditio pluſquam humana *b* eſt. At ſomniat, qui Nobilitatem, prout nunc apud omnes uſurpatur, extra hominum communiõem ac ſocietatem in ſolitudine quærit. Eſto itaq;, ut reuera eſt, Contemplationem, *c* quòd ſit melioris partis, quòd ad Dei vitam maieſtatemq; propius accedat, & ſit in nobis diuturnior, minus expoſita turbis atq; tumultibus, tranquillior, ipſa ſibi ſufficiens, ac tandem finis in quo acquieſcimus, Actioni ciuilibusq; officijs longiſsimè præſtare: hoc tamen non nunc, atq; ab hominibus, ſed poſtquam ex hac vita exceſſerimus, & à ſolutis illis beatisq; mentibus, facilè obtinebimus. Quorſum *d* igitur à perfectione contemplationis & præſtantia ſcientiarum, nobilitatis gradus accipere iſti uoluerũt? Irrident iſta Politici, apud quos (non apud angelos) de Nobilitate diſputandum eſt. Homo es, aiunt, & mortalis, ne te diuinis tantum immiſceas

[*a*] *10. eth. cap. 9.*

[*b*] *1. pol. cap. 2.*

[*c*] *10. eth. cap. 6. & 7.*

[*d*] *Mirand. in lib. ult. De Honor.*

miſceas,vt mortalia quoq; curare, & hominum ſocietatem iuuare nolis: & Socratem laudant,qui reliquis Philoſophiæ partibus neglectis, vnam illam coluit, quæ ad mores vitamq; hominum inſtituendam erat accommodatior. Hîc tu certè non habeas quid illis reſpondeas, cum præſertim pro titulo Nobilitatis contendant, qui ab ipſis & ex ipſis primùm, non ex ſolitudinibus exijt. Et idem Ariſtoteles, qui Metaphyſicam omnium aliarum ſcientiarum dominam in foro Diuino appellauerat, *e* Politicam tamen artem,omnium artium ac diſciplinarum Principem in politico cœtu dixit. Veniat igitur alter Sapientum ordo,vt Anaxagoras, Prodicus, Democritus, Draco, Solon, Lycurgus, Pythagoras, Timæus, Socrates, Plato, Ariſtoteles, omnes inquam eiuſmodi, qui in rerum naturam ac diuinæ illius adminiſtrationis typum, quaſi in quoddam exemplar intuentes, uel mores hominum vitamq; ad humanitatem optimis formarunt præceptis, uel Reſpublicas conſtituerunt, uel eaſdem legibus communiuerunt: De nullo autem Sapiente (ſacros ſemper excipio) æquè ac de Ariſtotele quòd natus ſit lætari poſſumus: tot nanq; tantaq; eius erga humanum genus merita ſunt, vt meritò de cœlis eſſe delapſus credatur, qui vera ſolidaq; omnis Philoſophiæ præcepta nobis afferret, erroreſq; qui in animis hominum hæſerant, expelleret, & quaſi Sol craſſas illas rudis antiquitatis nebulas ſplendore ſuo fugaret. Horum inquam,atq; hæc ſapientia illa eſt,quæ nobilitatem poſteris dare apud homines poteſt: Eius prima & nobiliſsima pars, Metaphyſica dicitur, quæ tum de Deo tractat, tum de primis effectis, quæ ab illo proficiſcuntur, cu-

[e] 3. pol. cap. 8.

M 3 iuſmodi

331

iuſmodi ſunt Ens, Verum, Bonum, Vnum: omnia enim ſupremæ illi cauſſæ, quòd ſint, quòd intelligi poſsint, quòd ſint bona, quòd ſint vnum quiddam, referunt acceptum. Sequitur Phyſiologia, cui cœlum, elementa, miſta ex elementis corpora, ſtirpes, bruta, homo, ſubijciuntur. Mathematica vera, proprie Philoſophia non eſt, vt à ſapientibus iampridem eſt dictum: & exercet, non perficit animum, quemadmodum *a* magnus ille Arabs veriſsimè ſcripſit. Minimum igitur in communem ſocietatem confert. Dialectica, Rhetorica, Poëtica, Grammatica, ſunt omnes non ſui gratia, ſed alterius: ab ipſis itaque ſolis non eſt expectanda nobilitas. Tertia igitur in ordine ſit Philoſophia politica, quam politicam de moribus, de Republica, de legibus uocat (hæ autem *b* differũt inter ſe) & ad quam, militarem artem refert *c* Ariſtoteles. Quartum & ultimum locum occupet *d* Medicina, ſic decernente eodem Magiſtro, cuius rationi contradicere bona conſcientia non poſſumus, quicquid Galenus dicere *e* uoluerit. Aliæ omnes artes ſcientiæque, uel inſtrumenta ſunt atque appendices harum, uel ſordidæ, quæque auferant potiùs quàm dent nobilitatem. Sic rectè *f* Galenus, artes nobiles uocabat, quæ animo & ratione tractantur: ignobiles, quæ manus uel alterius partis corporis operam & laborem deſiderant: cauſſa pòſt afferetur. Nec de Medicina obijcias quicquam: eſt enim *g* ἰατρὸς ὅτι δημιουργὸς καὶ ὁ ἀρχι-

[a] *Auerr. in proœm. lib. 1. de phy. auſc.*

[b] 4. *pol.* 1.

[c] 7. *pol.* 14. 1. *pol.* 3. 4.

[d] 1. *ethic. cap. ult.*

[e] *In ſuaſ. ad art. cap.* 6.

[f] *In ſuaſ. ad art. ca. ult.*

[g] 3. pol. cap. 8. ἀρχιτεκτονικὸς καὶ τρίτος, ὁ πεπαιδευμένος περὶ τὴν τέχνην. Ex his itaq; omnibus Sapientiæ ſpeciebus naſci nobilitas poterit: maximè verò omnium, ex altero habitu mentis qui eſt Prudentia, quæ propria virtus hominis eſt, atq; adeò, vt ſi quis eam ſibi non paret, (comparatur autem non ſcientiâ ſolùm, ſed & longa rerum experientia) is figura duntaxat humana præditus, ab hominis tamen naturâ planè deſciſcat. Amota nanq; prudentia, nulla tam præclara ſcientia eſt, nullum adeò inſigne donum, quo in perniciem ſocietatis humanæ non abutamur. Hæc illa metamorphoſis eſt, quam Pythagorici adeò inculcarunt: vt aliquando nimirum in plantas, aliquando in bruta conuertamur. Prudentia nanq; priuati, vel vnius vitæ atq; incolumitatis noſtræ conſeruationi planè addicti, naturam plantarum imitamur, vel voluptatibus emancipati, in Venerem gulamq; turpiſsimi, deteriorem beſtijs vitam agimus. Ipſa igitur eſt, quæ omnes ſcientias, facultates, atque actiones noſtras ad commune bonum acquirendum conſeruandumq; dirigit: nunquam ipſa homini vniuerſo non conſulens. Sed decurrendum planius per eius officia: Primùm eſt, vt vitijs omnibus quantum fieri poteſt expulſis, virtutem colamus: deinde, ut cui nam arti vel diſciplinæ danda ſit opera, & quomodo vnaquaque utendum, moneamur: habet etiam rationem corporis fortunęq; bonorum, quatenus ad felicitatem pertinent. In his ſibi prouidet: atque in ijſdem, familiæ ac Reipublicæ. Tum autem ciuilis prudentia vocatur: quæ vt de ſcientia diximus, in ferendis legibus, deliberationibus, iudicijs, magiſtratibusq; mandandis, ac bellicis officijs cernitur. Aduerſantur autem Ariſtoteli atq; errant

rant, qui Philoponum reprehendunt, quòd artem militarem ſub prudentiæ nomine, cum etiam propriè accipitur, comprehendi voluerit. Eorum prætextum paulò poſt confutabimus. Quanquam autem ciuilis & priuata *b* prudẽtia in Repub. bene inſtituta idem ferê ſunt, vt capite priore libri tertij de Republica docuit Ariſtoteles, in ijs tamen hæc virtus potiſsimùm conſpicitur & celebratur, qui ciuilia negocia & Rempublicam adminiſtrant: minoris fit in *i* priuatis rebus, quia uſum habet anguſtiorem. In bellicis etiam, pluris quàm in iſtis fit. Sic Ariſtoteles *a* dicebat, ciuiles & bellicas actiones, omnibus ijs quæ ſecundùm virtutem fiunt, pulchritudine magnitudineq́ antecellere: εἰ δὴ τῶν μὲν κατὰ τὰς ἀρετὰς πράξεων αἱ πολιτικαὶ καὶ πολεμικαὶ κάλλει καὶ μεγέθει προέχουσιν. Cedunt tamen arma togæ. Nec tumultuetur miles, quia *b* vita eius πολλὰ ἔχει μέρη τῆς ἀρετῆς: ciuilis enim plures habet: nec quia *c* μάλιστα τὴν ἀνδρείαν τιμῶσιν αἱ πόλεις: nam Reſpublicæ plerunque *d* τιμῶσιν οὐ τὰ βέλτιστα, ἀλλὰ τὰ αὐτοῖς βέλτιστα. Magnum quippiam eſt vincere (magnum ſanè ſi iuſtè *e* vincas: indicat enim excellentiam fortitudinis, quæ nulla eſt in rebus iniuſtis: ac proinde *f* victoria in honeſtis rebus cenſetur) ſed maior eſt virtus, cuius gratia eſt victoria, non ipſa propter victoriam. Hoc nomine reprehendebantur

[b] Vide Ariſtot. atq; Euſtrat. in 6. eth. cap. 9.

[i] Lib. 1. eth. cap. 2.

[a] 10. Nicom. cap. 7.

[b] 2. pol. cap. 7.

[c] Sect. 27. probl. 5.

[d] Ibidem.

[e] 1. pol. cap. 4.

[f] 1. rhetor. cap. 9.

Lacedæ-

Lacedæmones *b* ab Ariſtotele, qui virtutem victoriã tanquam fine & potiore quodam probarent. Negocium *i* & bellum otij ac pacis cauſſa ſuſcipiuntur, οὐχ ὡς τέλος δὲ πάντων ἀκρότατον, niſi fortaſſe à ſicarijs & ſceleratis hominibus. At neceſſaria *k* eſſe arma dicunt, tum ad tuendum imperium, vt detrectantes coërceantur, tum ad vim propulſandam, ſi quis iniuriam extrinſecus inferre conetur. Hoc verum eſt, ſed ſunt etiam violenta: & multa ſunt *m* ἀναγκαιότερα ἔργα, ἀλλ' οὐκ ἐντιμότερα. Bellum *n* & negotium in neceſſarijs atque vtilibus, pax & otium in honeſtis, & per ſe agendis habentur. *o* Facultas igitur utrorumque quidem, magis tamen pace atque ocio fruendi, & honeſta per ſe obeundi, procurari ciuium inſtitutione omnibusque modis debet. Belli autem *p* inferendi legitimas & iuſtas occaſiones tradidit Ariſtoteles in Politicis. Hoc eodem argumento (vt id obiter dicam) volunt iſti efficere, vt Politicus de legibus, ei qui de moribus eſt cedere etiam cogatur: Poteſt (inquiunt) is finem aſſequi ſuum, & communi conſulere vtilitati abſque legibus: propter imperitiam & prauitatem hominum hæ fuerũt inuentæ. Sed rem non intelligunt, & malignè agunt. Lex eſt ipſa ratio *q* Sapientis, quæ particularia notiora (omnia enim *r* neque homo ipſe tenet) decidens, *s* imperat hoc, prohibet illud, *u* ſecundùm vnãquamque

[b] 2. pol. cap. 7.
[i] 7. pol. 14. & cap. 2. 10. ethic. 7.
[k] 7. pol. cap. 8.
[m] 1. pol. 4.
[n] 7. pol. 14.
[o] Ibidem.
[p] 7. pol. 14.
[q] 3. pol. 12. [r] Ibid
[s] 5. ethic. cap. 10.
[u] 5. ethic. cap. 2. 1.

quamq; virtutem & vnumquodq; vitium. Docet itaq; lex quid agendum & quid fugiẽdum, ne quiſquam prætexere ignorantiam poſsit. In ea itaq; non ſolùm animaduerſio & mulcta, ſed ipſum præceptum eſt conſiderandum. Illorum *x* reſpectu neceſſariam ex poſitione & conditione, itemq; virtute poſteriorem uocat Ariſtoteles legem, non huius, quod ſimpliciter neceſſarium eſt. Quanquam lex non eſt neq; dicitur, niſi prout cum morali præcepto vim quoq; & poteſtatem illam ſecum affert, quam ex populi conſenſu, longaq; *a* conſuetudine accepit. Neq; aliter accipiẽdum, quod ab eodem magiſtro eſt alibi dictum, *b* Leges nempe, iuſtas eſſe per accidens, quàm quòd iuſtus per ſe is non ſit, qui ex legis mandato atq; imperio potius, quàm ex habitu iuſta faciat: quem tamen *c* habitum uult ipſa lex inducere.

[x] 7. *pol.* 13.

[a] 2. *pol.* 6.

[b] 5. *ethic.* 9.

[c] 9. *ethic. cap. ult.*

Legem nunc intelligo, quæ ſit à principijs honeſti ducta, naturæq; huius vniuerſitatis monarchæ omnino cõſentanea. Et propter hominum imperitiam flexibilitatemq;, diſciplina quoq; de moribus, & præceptores morales inducti ſunt. Quo magis mirari nonnullorum temeritatem ſubit, qui vt Politicam de legibus deprimerent, eam non eſſe ſcientiam demonſtrarunt: quaſi verò ea quæ de moribus eſt, ſcientia dici poſsit. Sed de iſtis alio loco: ad prima nunc redeundum. Ne quis etiam nos reprehendat, quòd primas nobilitatis partes Politicæ demus, quam tamen tertio loco enumerauimus: Naturæ ordinem enumerando ſequuti ſumus: naſcitur enim Politica & comparatur

ratur ex Phyſiologia, vt à grauiſsimis Ariſtotelis *a* interpretibus declaratum eſt, atq; à nobis hac alia ratione poſſet in præſentia monſtrari. Prudentiam eſſe quaſi ancillam & miniſtram Sapientiæ dictum ab *a* Ariſtotele fuit. Sed in eo famulatu, duo potiſsimum munera eius cernuntur. Atrienſis vnum, Prodromi alterum. Illud ab eodem magiſtro, ſatis eſt in magnis Ethicis definitum: Hoc, paulò obſcurius in multis tamen locis, ac præſertim in quinto Nicomachior. libro ſignificatum. Prudentia ipſa eſt, quæ de rebus homini ſimpliciter bonis deliberãs, nobis quaſi nunciat alteram poſt ſe virtutem digniorem, id eſt, Sapientiam eſſe: atq; hortatur & imperat, vt ad eam tanquam ad proprium præſtantiſsimumq; hominis finem totis animi viribus contendamus. At quî poterit Prudentia, Sapientiam tanquam ſummum & proprijſsimum hominis finem ſatis uerè recteq; diſpicere, & nobis patefacere, niſi prius ſcientiã illa, quæ de humanæ mentis natura tractat, quæq; potiſsima maximaq; Phyſiologiæ pars eſt, *b* (δοκεῖ δὲ καὶ πρὸς ἀλήθειαν ἅπασαν ἡ γνῶσις τῆς ψυχῆς μεγάλα συμβάλλεσθαι· μάλισα δὲ πρὸς τὴν φύσιν· ἔστι γὰρ οἷον ἀρχὴ τῶν ζώων.) benè fuerit confirmata? Hac etiam de re memini me in quæſtione de Habitibus copioſe ſatis egiſſe. Porrò cum Prudentiam dicimus, nõ ſolertiam & ſagacitatem quandam naturæ dicimus, ſed rectam & bene cogitatam rationem, de ijs rebus quæ aliter ſe habere poſſunt, & ſub hominum actionem cadunt. At res quæ ſub actionem

[a] *Auer. Simpl. in proœ. phyſ.*

[a] *1. magn. mor. cap. ult.*

[b] *1. de an. cap. 1.*

cadunt, ſingulares ſunt: Primò igitur offeruntur ſenſibus: inde excitantur ſemper appetitiones, αἱ δὲ [b] πράξεις τοῦ ἀνθρώπου ἀπὸ θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας. quæ ſi ſint immoderatæ, menti tenebras offendunt, ac prudentiam omnem tollunt. Videt Paris Helenam: ſtatim vehemens in eo excitatur amor, qui menti vim afferens, proponit illi rapinam pro fine. Mens appetitioni illi vehementi ſeruiens, viam quærit & rationem, qua finem illum poſsit aſſequi. Quòd ſi appetitus Paridis virtute, quæ temperantia dicitur, conformatus fuiſſet, non tantus in eo eſſet amor exortus: ita, aut bonus, aut certè non malus finis menti propoſitus ad conſequendum fuiſſet. Sic, uidet auarus probum & pauperem: ob auaritiam nullum in eo emergit benefaciendi deſiderium: quòd ſi liberalitas adfuiſſet, ſtatim iſtud menti tanquam finis propoſitum eſſet: Deinde mens (quod propriè eſt prudentiæ opus) cogitaſſet, quantum & quomodo largiri oportuiſſet. Repugnant ergo hæc inter ſe, vt aliquis prudens ſit, atque in eo non ſint virtutes morales; abſente namque virtute, affectiones vehementes in res agendas ſeſe intrudunt atque inferunt, tenebrasque menti offundunt ita, vt prudens eſſe nequeat. Quemadmodum contrà ex virtute morali naſcuntur honeſta deſideria, quæ tamen honeſta eſſe, mens ipſa cognoſcit, & ipſa ſibi tanquam finem proponit, ac tandem ad ea explenda ſe conuertit. Hæc ex ore Ariſtotelis duodecimo decimoque tertio ſexti Nicomachiorum cap. ſunt accepta: Vt ſit Prudentia nihil aliud, quàm mentis habitus, (mentis inquam non appetitus, & non per ſe atque in ſe ſpectatæ, ſed vt reliquis animæ viribus & corpore copulatæ, atque ad agendum

[b] 3. eth. cap. 1.

conuerſæ) quo nempe de ijs quæ ſub actionem cadunt, id eſt, quæ homini ſimpliciter bona & mala ſunt (qualia ea omnia habentur, quæ ſuprà de officijs Prudentiæ tractantes commemorabamus) optimè deliberare, & de eo quod optimum eſt, conſilium capere poſſumus. Virtutem verò moralem intelligimus quoque, non naturæ bonitatem quandam (alios enim alijs inter homines ad iuſtitiam, temperantiam, fortitudinem videmus propenſiores) ſed confirmatum habitum appetitus, quo promptè, liberè, iucundeq; rationi dictanti paret. In hac appetitus obœdientia, virtus moralis eſt ſita. Non enim ſi temerè quippiam iuſtè ſit actum, continuò iuſti erimus, ſed illud inprimis requiritur, vt conſilium captum ſit, atque honeſti formulæ ſeruentur, quæ omnia prudentiæ ſunt. Hoc reſpectu duntaxat, virtutes, prudentiæ partes dicuntur: nam ſemota prudentia, nulla exiſtit virtus. alioquin vna in mente, altera in appetitu reſidet: quî fieri igitur poteſt, vt vna ſit alterius pars? Non dicitur autem captum conſilium, niſi cum appetitus poſt adhibitam conſultationem, rationi quaſi manum dat, aſſentitur, atq; adhæret: vt liquet ex capite quarto libri tertij Nicomachiorum. Rectè ergo, alio modo dicitur Virtus moralis nihil aliud eſſe, quàm veſtigium rationis in appetitu impreſſum, per conſuetudinem: atq; adeò impreſſum propter frequentes actiones, vt vix tolli poſsit. Quis iam non videt, quomodo qui vnam habet perfectam virtutem, omnes habeat, vt [a] Galenus quoq; faſſus eſt? Perfecta virtus non eſt ſine prudentia: qui prudens eſt, optimum habet rationis iudicium & appetitum iudicio obœ-

[a] *Lib. quòd opt. med. idem ſit & phil.*

dientem: at ubi hæc duo adſint, omnem adeſſe virtutem moralem neceſſe eſt: cuius partes ſunt, Iuſtitia. Temperantia, Fortitudo, Liberalitas, Magnificentia, Magnanimitas, Manſuetudo, & quæ in ſermonum communicatione potiſsimùm cernuntur, Veracitas, & alia vocata ab Ariſtotele propter ſimilitudinem, Amicitia, item Vrbanitas. Præſtantiſsima verò omnium virtutum eſt Iuſtitia, & qua non modò cum Nobilitate, ſed neq; ſine ſcelere carere non poſsimus. Omnes enim iniuſti ſunt ſceleſti: at auarum u. g. & arrogantem nemo ſceleſtum dicet, ſed turpitudinem duntaxat, & ſorditiem quandam in illis notabit. Cernitur autem Iuſtitia in pecunia uel honoribus, uel alijs in rebus quæ hominibus eiuſdem Reipublicæ communione coniunctis communes uidentur eſſe: diſtribuens pro merito dignitateq; perſonarum, vel emendans ſi quid inter ciues non rectè contractum ſit: Contractum, inquam, uel ſponte, uel (ut ipſimet Iureconſulti quoq; aiunt) non ſponte factum fuerit. Primi generis ſunt, vt Venditio, Locatio, Mutuum, Fideiuſsio, & his ſimilia: Secundi generis, vt furtum, adulterium, ſerui alieni corruptio, falſum teſtimonium, cædes dolo commiſſa, & huiuſmodi alia, quæ clandeſtina vocantur, item violenta, vt verbera, vincula, mors, rapina, maledicentia. In emendatione autem, non hominis meritum, ſed iniuriæ magnitudinem conſiderare, æqualiq; damno compenſare, ius eſt. Ad hanc Virtutem Æquitas refertur, quæ eſt iuris legitimi correctio quædam. Corrigendi occaſio naſcitur ex legislatoris culpa, quanquam neceſſaria: res enim agendæ infinitæ ſunt, & infinitè mutabiles: præcepto itaq; generali comprehendi non potuerunt.

Intel-

Intelligit igitur ſe peccare lex, ac proinde cõcedit Principem ſupplere quod à ſe omiſſum eſt. In quo magna dexteritas adhibenda, vt *a* Ariſtoteles monuit. Temperantiæ uerò munus in voluptatibus uerſatur, atque ijs præſertim quæ guſtu tactuq; capiuntur: ut nimirum eas neq; nimium, quod eſt intemperantis, neq; parum, quod eſt hominis ſtupidi, amplexetur. Fortitudinis obiectum propriè eſt dolor, vt expreſſè (quidquid iſti ſibi arrogent) dixit *b* Ariſtoteles ipſe. In hoc igitur ita ſe oſtendit, ut ſi iam adſit, toleret, ac perferat: ſi immineat, obſtet: vtrumque tamen quantum recta ratio poſtulát. Nam multùm extimeſcere ac diffidere, Timidi eſt: nimium etiam atq; inconſideratè confidere, Audacis eſt ac Temerarij. Fortitudinis autem præcipuum munus eſt, morti etiam (quo nihil horribilius) non propter metum pœnæ, uel premij ſpem, vel honorem, vel iram, non experientia fretum, non periculi ignoratione deceptum, ſed alacriter ac ſcientem, ſe, ſi ita honeſtas poſtulet, exponere. Liberalitas tota eſt in uſu pecuniarum ſita: qui duplex eſt: Sumptus, donatio: Ipſa igitur, quibus, quando, quantum, quomodo oportet, libenter honeſtatis cauſſa dat: non accipit niſi neceſsitate impulſa: uel vt maius aliquod illi à quo accepit referat. Auarus contrà, parum aut nihil exponit, vndiq; ſibi cupidiſsimè acquirens, & ſæpe cum alterius damno, quod iam eſt iniuſti. Hinc auaritia omnium malorum mater, iuſtè à ſapientibus appellata. Qui verò effuſè donant, nihil ipſi accipientes, neq; etiam vnde non turpiter

[a] *3. pol. cap. 11. & 12. Item 5. eth. cap. ult.*

[b] *Lib. 3. Nicom. cap. 9.*

turpiter poſſent, Prodigi ſunt. A Liberalitate, gradu potius quodam differt Magnificentia, quàm forma. Pertinet enim hæc, ad magnos ſumptus ac decoros, quos honeſti gratia vir magnificus & prolixè & iucundè facit. Principum peculiaris hæc virtus eſt. Magnos autem ſumptus vocamus, dona Deo dicata, ſacra eidem facta, templa conſtructa, ludi ob Reipub. dignitatem maximo cum apparatu & pompa editi, epulum ciuitati præbitum: item nuptiæ, hoſpitum receptio dimiſsioq́, dona, remunerationes: in his inquam magnificos eſſe quoq́ decet ad hominum beneuolentiam nobis conciliandam. In omnibus tamē, perſonæ, loci, temporis, rerum in quas pecunia impenditur, Magnifico habenda ratio eſt: atq́ cogitandum potius, quomodo opus pulcherrimum & maximè decorum, quàm quanto pretio poſsit haberi. Magnificentiæ opponitur ex vna parte Oſtentator, qui nullam perſonæ, rei, temporis, loci rationem habet: ex altera, minuta quædam atq́ indecora Parſimonia. Non ſunt autem hæc mera vitia, ſed inclinationes potius quædam virtutis. Magnificentia nanq́ virtutis exceſſus eſt. Magnanimitatis autem vis, in honoribus ambiendis conſpicitur: atq́ eſt & ipſa exceſſus quidam eius virtutis, quam nunc Modeſtiam appellabimus. Vt igitur hæc in paruis honoribus cernitur, quos neq́ planè deſpicit & contemnit, quod eſt pecudum, vt ait Xenophon, neq́ nimium atq́ vnde non oportet aucupatur, quod eſt Ambitioſi, ſed appetit quantum recta ratio poſtulat, & oblatis mediocriter lætatur, ſic Magnanimus pro excellenti ſingulariq́ virtute ſua, in magnis honoribus quantum, & quomodo decet acquirendis, eſt occupatus: ita tamen affectus animo,

animo, ut ſi offerantur, modicè delectetur: ſi denegentur, ac pro benefactis in Rempublicam, accipiat ignominiam, non ſe tamen frangat, & conſcientiâ virtutis ſuæ munitus, impetum fortunæ quantumuis ſæuientis, repellat. Superbia & infractio quædam animi, ſunt huius præclaræ virtutis extrema: vna præ ſe contemnit omnes, & magnos ſibi deberi honores putat, cum exigui debeantur: altera, cum honores mereatur, indignam tamen ſe iudicat ijs: quos idcirco deſpicit. Manſuetudo in ira ſe oſtendit: libera enim ab omni tumultu animi, quantum, & ob quas cauſſas lex patitur, atque honeſtas præcipit, iraſcitur, ſemper tamen ad ignoſcendum, quàm ad ulciſcendum propenſior. Lentitudo ipſi opponitur & Excandeſcentia: hæc vehementius & citius quàm debet, quibus & propter quas cauſſas non debet, iraſcitur: illa quaſi ſenſu carens, iniuriam ſibi fieri patitur, nec ulli, quo tempore & quo loco debuit, ſuccenſet: quaſi dũ vnam fert iniuriam, inuitet alteram: quod mancipij eſt, non hominis ingenui. Veracitatem voco cum in dictis tum in factis: vt nempe etiam in rebus, in quibus nihil refert, vtrum tales ſimus nec ne, pro veritate dicamus, & agamus: ea quæ in nobis ſunt habere nunquam negemus: ita tamen vt neque res quas habemus augeamus, aut quas non habemus, vindicemus nobis: id enim eſt Arrogantis: neque multum etiam nos noſtraque bona extenuemus uel negemus, quod eſt mendacis atque odioſi Diſsimulatoris: odioſi inquam, nam ſolet eiuſmodi diſsimulatio nõ tam ex remiſsione quadam animi, quàm ex occulta quadam ſuperbia, quòd ita gratiores nos fore in colloquijs putemus, naſci. Amicitiæ ſpeciem gerit illa virtus, qua eorum quibuſcum

O uerſa-

uerſamur, laudamus quæ laudanda, & ut laudanda, vituperamus quæ vituperanda, & vt vituperanda ſunt, nõ quia amemus uel oderimus, ſed quia ſic deceat. At aſſentatio, auribus audientis uel ob lucrum, vt ars Gnatonica, vel ob inſulſum quendam amorem, vel ob mutui amoris deſiderium, placere vult in omnibus. Contrà, Moroſitas in omni re aduerſatur contenditq; de omnibus. Vtraq; uitium eſt. Vrbanitas in luſu ac iocis elucet: concinnè nanq; & modeſtè ijs utitur cum dicens tum vicíſsim audiens: nuſquam tamen diſcedit ab ijs quæ viro bono liberoq; conueniunt. Opponitur huic Scurrilitas, quæ omnia in omnes ſine ullo diſcrimine ſalſè dicit: item Ruſticitas quædam, vel etiam ambitioſa grauitas, qua neq; nos quicquam lepidè uel facetè dicere aut facere volumus, neq; alios dicentes uel facientes ferre poſſumus. Negligentius hoc loco iſta perſequuti ſumus, quòd à Diuino Præceptore ſigillatim omnia in Nicomachijs, magnis moralibus, & Eudemicis, & quidem copioſiſsimè planiſsimeq; tractata ſint, & à nobis quoq; in commentarijs de virtutibus, in quibus loca etiam eius aliquot illuſtrauimus. Ne igitur actum agamus, uel etiam longiùs à re propoſita diſcedamus, hæc dixiſſe nobis, qui de Nobilitate diſputare voluimus, ſatis in præſentia fuerit. Illud hoc etiam loco eſt animaduertendum, quod antea ſæpe repetijmus, Nobilitatem ex hominum cœtibus, non ex ſolitudinibus prodijſſe: ac proinde ijs præſertim virtutibus adſcribi, quæ inter alias eminent, ac maiore in pretio & honore habentur. Quapropter Ariſtoteles honorem non quibusuis rebus, ſed eximijs dari ſolere ſcripſit, [a] καὶ τὰ περιττὰ, τιμιώτερα οὕτω μᾶλλον.

[a] *1. rhet. cap. 6.*

Atq;

Atq; *b* alibi dicebat, honorem, non virtutem, ſed virtutis excellentiam indicare, καὶ νίκη καὶ τιμὴ τῶν καλῶν: αἱρετά τε γὰρ ἄκαρπα ὄντα: καὶ ὑπεροχὴν ἀρετῆς δηλοῖ. Atque in *c* Nicomachijs, honorem non quarumuis rerum, ſed καλλίστων præmium eſſe dixit. Maximæ igitur & præſtantiſsimę virtutes habentur, quæ verſantur in ijs *d* quibus reſiſtere, difficilius eſt, quæq; utiliſsimæ ſunt alijs: cum præſertim Virtus ſit δύναμις εὐεργετικὴ πολλῶν καὶ μεγάλων καὶ πάντων περὶ πάντα: propterea Iuſti & Fortes maximè honorantur, quia hi in bello, illi utroque tempore, & belli nimirum & pacis *a* ſunt ſalutares: itē Liberales, nam virtutis excellentia quædam eſt bene de omnibus promereri, *b* ὑπερβολὴ γὰρ ἀρετῆς τὸ πάντας εὐποιεῖν, & quid ab homine illo expectes, *c* qui vt auctior fiat vnó quadrante, non parcat amiciſsimorum vitæ? Aleatores, graſſatores, latrones, non aliunde fiunt quàm ex auaritia. Temperantia item, quæ Reginæ omnium virtutum Prudentiæ, cuſtos eſt: ac proinde à Græcis σωφροσύνη rectiſsimè appellatur. In iſtis quatuor potiſsimùm ſitam eſſe felicitatem, *d* alibi ab Ariſtotele ſcriptum eſt: ab iſtis igitur quatuor potiſsimùm, Nobilitas quoq; oriri poterit, & conſeruari. Atque de cauſsis Nobilitatis hæc dicta ſufficiant.

[b] *Ibid. cap. 9.*

[c] *Lib. 4. cap. 3.*

[d] *2. ethic. 3.*
5. ethic. 3.

[a] *3. Top.*

[b] *P. rhet. cap. 9.*

[c] *7. pol. 1. 4. ethic. 4.*

[d] *7. pol. 1.*

CAP. XII.

De diuiſione Nobilitatis, nonnulla: Chriſtiana nobilitas: Phyſica: Ciuilis: publica: priuata: gradus nobilitatis.

AGe nunc ſicuti initiò polliciti ſumus, de ſpeciebus eius annotemus quædam. Sunt qui diuidant in Chriſtianam uel Theologicam, Phyſicam, & Moralem. Et rectè quidem, non appoſitè tamen. Non eſt Chriſtiana virtus neq; concipitur hæreditaria (quod ipſum eſt verè nobilitatis fundamentum) ſed à patre *c* luminum deſcendens, cuius pura bonitate ac miſericordia nobis adeſt. Et in ſumma, *d* ſpiritualia, non ratione, non naturâ, non carnis operâ comparantur. Deus eſt qui ea largitur, ac pro ſua mera liberalitate diſpenſat. Non tamen ſanctis viris honorem negamus, ac præſertim Eccleſiæ paſtoribus atq; verbi Dei miniſtris: vt alij dum ſuſpiciunt eos, noſtris commoniti laudibus, maiore in pretio exiſtimationeq; habeant, attentius audiant, diligentiusq; imitentur. Et omnino, ſi non ipſis, qui hoc non morantur, (ſi ſancti ſint) ſummi tamen Dei donis quæ uidemus in ipſis collocata, honos & quidem magnus eſt adhibendus. Patres noſtri, ſicubi Deus benignitatem ſuam quocunq; modo declaraſſet, aram ibidem erigebant, uel aliquod aliud monu-

[c] *Iacob. 1.*
[d] *1. Cor. cap. 12.*

monumentum ſtatuebant, & nos præclara Dei dona, in homine, qui præſtantiſsima huius vniuerſitatis creatura eſt, non venerabimur? De hoc itaq; non contendunt niſi perfidi & refractarij. Neq; de illo quoq;: in populo Dei familiam quanq;, ſuas habuiſſe genealogias, quibus in capita tribuum duodecim filios Iſraël, ſuos maiores referebant: ac proinde *e* Apoſtolum nobilitatem Iſraëlitarum quaſi celebraturum dixiſſe, Qui ſunt Iſraël, quorum eſt adoptio, gloria, legislatio, teſtamentum, cultus, & quorum ſunt patres, ex quibus eſt Chriſtus, qui eſt ſuper omnia: Hæc inquam vera eſſe fateri oportet, niſi certos ac diſtinctos gradus hominũ, generum, conditionum, munerum, dignitatum, conuellere planè velimus. Sed & verum eſt illud quoq;, Non ex iſto cœtu hominum, Nobilitatis vocabulum, quale verè ac propriè uſurpatur, eſſe natum. Huc enim reſpicit illud: in Chriſto Ieſu neq; ſeruum eſſe, neq; liberum, neq; Græcum, neq; Iudæum, neq; Barbarum. Hoc ſi habeam, ſat habeo, quo reprehendere iure poſsim eos, qui eodem genere eademq; definitione vtramq; Nobilitatem complexi ſunt. De Phyſica diximus antea: Perfectior eſt ſine dubio actio & vita illa quæ Dei vitæ ſimilior eſt, vt contemplatio: ſed non reputatur ab ijs qui hominem conſiderant à natura factum ad colendam ciuilem ſocietatem, atq; maximum hominis officium ſtatuunt, hanc vnam iuuare. Magna tamen audacia iſtorum quorundam eſt, cum dicunt, Deum quoq; non dormire, ſed agere, & quidem aſsiduè ſine labore, nunquam defeſſum: ac proinde neq; iſto nomine, contemplationem, actioni præſtare. Non intelligunt, hanc vnam actionem

[e] *Ad Roman. 9.*

119

Dei primariam, & qua ſola vitam viuit vndequaq; perfectam & beatiſsimam, eſſe, ſeipſum & in ſeipſo omnia intueri: cuius poſtea conſequens altera eſt & ſecundaria, immenſa videlicet atq; incomprehenſa virtutis eius redundantiâ fœcunditateq; cœlum moueri, orbemq; terrarum regi gubernariq;. Et cum etiam, Contemplationem actionis gratiâ eſſe dicunt, non animaduertunt ſpeculatiuum & actiuum; cũ ipſos habitus inter ſe communiter, & cum u.g. Medicinam in partes diuidunt, æquiuoce accipi. Hîc enim ſunt accidentales, ibi eſſentiales differentiæ. Non eſſe autẽ eaſdem generis ac ſpeciei differentias, diuidentes niſi fortaſſe eo modo quo [a] Galenus dixit, quis ignorat? Nihil igitur mirum, ſi cum Theoria Medica uel Politica referatur ad praxim, in proëmio tamẽ metaphyſicorum ab Ariſt. dictum ſit, Scientias contemplantes, non alîus ſed ſui gratiâ eſſe.

Vide pro his. Auic. initio log. Scot. 6. met. q 1. & in. 1. ſent. in proë. q. 4. Tho. ſuper Boët. de Trin. q. 5. Zimar. Theon. 77.

[a] *1. metho. cap. 3. in Theſſ.*

Alij itaq; [d] nobilitatem Politicam in duo genera partiuntur, Publicam & Priuatam: hæc ſingularum eſt familiarum, illa ciuitatis uel gen..s. Priuatæ, iterum tres faciunt ſpecies: vnam quæ ex ſe, alteram quæ ex maioribus orta eſt, & tertiam ex utraq; conflatam omnium præſtantiſſimam. Porrò publicam nobilitatem ſic definit Ariſtoteles, ut ſit indigenas aut antiquos eſſe, & primos duces habuiſſe illuſtres, atq; ex ijs multos ortos præclaros in ijs rebus quas admiramur, omniq; honore dignas putamus, Ευγένεια μὲν οὖν ἔθνει μὲν καὶ πόλει, τὸ αὐτόχθονας

[d] *1. rhet. cap. 5.*

ἢ ἀρχ·

ἢ ἀρχαίους εἶναι, καὶ ἡγεμόνας τοὺς πρώτους ἐπιφανεῖς, καὶ πολλοὺς ἐπιφανεῖς γεγονέναι ἐξ αὐτῶν ἐπὶ τοῖς ζηλουμένοις. Vbi audimus Indigenas, id eſt, qui in ciuitate ſiue regione nati ſint; & antiquos, id eſt, qui multis ſeculis ibi vixerint, nobilitatem vrbi & regioni dare. Non tamen ex ſola vetuſtate hoc fit. Paucis contigit hoc, vt ſedes in quibus procreati ſint, uel in quas mutatis prioribus conceſſerint, retinere diu potuerint. αὐτόχθονας igitur καὶ ἀρχαίους εἶναι, tantam prudentiam fortitudinemq́ gentis indicat, ut nullus externorum hominum impetus, eos ex patrijs ſedibus depellere potuerit. Sic tota ſumma redit ad ſingulorum hominum virtutem. Quæ cauſſa eſt, ut quanquam Athenienſes omnium ſcriptorum conſenſu, laudem iſtam vetuſtatis obtinuiſſent, & ipſi reticulo quodam aureis cicadis diſtincto in teſtimonium eius rei (quaſi nimirum oſtenderent ſe cicadarum inſtar, è terra quam colerent fuiſſe generatos) caput ornare ſolerent, Plato tamen eorum genus longè ignobilius Lacedæmoniorum *a* Perſarumq́ genere iudicauit. In quo tamen idem quod ſuprà notandum: Locum non per ſe, ſed impropriè nobilem dici: neq; enim in eo alia ſucceſsio generationis cerni poteſt, quàm quæ hominum eſt ipſum incolentium: & extincta nobilitate priuata, extinguitur etiam publica. Multæ ſunt vrbes, quæ ductores primos habuerunt illuſtres, nunc in obſcuro iacentes. Contrà tamen non accidit. Conditorem autem præclarum εὐγένειαν publicam conſtituere, non dicit Ariſtoteles, ſed ἡγεμόνας τοὺς πρώτους ἐπιφανεῖς. His certè non vnus tantùm ſignificatur. De altera verò Priuatæ nobilitatis diuiſione nuſquam meminit Ariſtoteles:

[a] *In Alcib. 1.*

teles:

teles: nec meminiſſe quoq; potuit, ſi ſibi, imò verò naturæ rerum conſtare voluerit: aduerſus eam ſuprà ſatis eſt dictum. Non diuidetur igitur priuata Nobilitas, niſi pro ratione maioris, uel minoris, vetuſtioris, ac minus vetuſtæ virtutis. Quanquam enim ſola antiquitas nobilem non faciat, virtuti tamen & nobilitati multum ornamenti ac maieſtatis addit. Faciliùs autem & minori cum odio aliorumq; inuidia, vnuſquiſq; nobilis, propriam dignitatem ad propoſitas à nobis antea nobilitatis cauſſas, exigens, ac trutina veritatis ponderans, gradus iſtos ipſe per ſe reperire poterit & conſtituere, quàm vt id à quoquam debeat expectare. Haud temerè ſimul & ſemel dixit Ariſtoteles, Nobilitatem & virtutem à multis verbo uſurpari, qui autem reuera ſint nobiles & probi, nuſquam [b] reperiri centum, εὐγενεῖς γὰρ καὶ ἀγαθοὶ οὐδαμοῦ ἑκατόν. Ad aliud itaq; quod eſt noſtræ diſputationis ultimum caput, pergendum mihi eſſe iam video.

[b] 5. pol. cap. 1.

CAP. XIII.

Proponuntur præcipuæ quæſtiones quatuor: An maternum genus nobilitet, & quantum: Fœmina mare non calidior: Non eſt monſtrum: Habet ſuas virtutes.

Maxi-

MAximam curam in definiendis rebus adhiberi debere ſæpe diximus. Ea enim vis eſt rectè conſtitutæ definitionis, vt omnes quæſtiones diſſoluat, atq; ad exitum facilè perducat. Id nunc in propoſita materia verum eſſe cognoſcetur. Multæ autem, quanquam magna ex parte ſuperuacuæ quæſtiones huc afferri ab iſtis ſolent: illæ verò non contemnendæ: An ex materno genere ducatur Nobilitas: An ſolùm naſcatur nobilis, non autem fiat, An Nobilitas poſsit amitti, An mechanicæ artes & quædam aliæ iſtis finitimæ, nobilitati derogent: ad has multæ aliæ reuocari facilè poſſunt. Nos itaq; de vnaquaq; illarum ſigillatim dicere in hunc modum aggrediemur. Ariſtoteles citato ſæpius ex rhetoricis loco, Matri quoq; vim hanc tribuit, vt nobiles ex ſe gignere poſsit. Eius hæc ſunt verba, ἴδια δὲ εὐγένεια ἡ ἀπ᾽ ἀνδρῶν ἢ ἀπὸ γυναικῶν καὶ γνησιότης ἀπ᾽ ἀμφοῖν. Et paulò poſt, Quemadmodum, inquit, in publica nobilitate primos ciuitatis ductores illuſtres fuiſſe oportet, aut virtute aut opibus, aut aliqua re alia quæ honoretur, ſic etiam in priuata πολλοὺς ἐπιφανεῖς ἐκ τοῦ γένους, καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας.

1 Lib. cap. 5.

Anteà verò dixerat Euripides, [*In Ino.*]

τὴν εὐγένειαν κἂν ἄμορφος ᾖ γάμος
τιμῶσι πολλοὶ, πρὸς τέκνων χάριν λαβεῖν
τό τ᾽ ἀξίωμα μᾶλλον ἢ τὰ χρήματα.

Et Poëta Latinus idem ſentire uidetur, cum de Drance loquens ait, [*In XI. Æneid.*]

—— Genus huic materna ſuperbum
Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat.

P His

His tamen hæc obſtant: Primò quia carent virtutibus mentis: item morales perfectas non habent: qualem igitur generi ſuo ſplendorem afferent? De primo ſatis conſtat: Adulatur enim ſexui qui dicit, Nihil prohibere, quo minus fœminæ, propterea quod méte præditæ ſint, ijsq́ organis quibus intelligendo mens utitur, & ipſæ prudentes eſſe, contemplari, ac ſcientias comparare ſibi queant. Primùm, temperies & conſtitutio earum inepta eſt Philoſophiæ ſtudijs, quæ ſunt ad partus *a* edendos alendosq́ natæ. Vocatur Fœmina mas imperfectus, atq; eſt ipſo *b* frigidior, ac proinde minus habet ingenij, minusq́ ualet facultatibus vitalibus animalibusq́, & minus quoq́ obtinet roboris: indicat illud, excretio ſuperuacuorum, quæ non eſt niſi à cruditate ac defectu caloris. Falluntur enim qui menſtruum ipſum aliud putant, quàm pituitoſiorem *a* ſanguinèm, non perfectè elaboratum, ſola quantitate inutilem, ſola cruditate vitioſum. *b* Si largius fluat, ægritudines eueniunt: Si retineatur, ijdem morbi fiunt qui à pituita: *c* & lactis materia, à menſtruis venis aſcendit. Corruptum certè quippiam uel (vt iſti loquuntur) pernicioſum, & veneno proximum, per ſe non eſt. Cur enim non ſtatim pereunt quibus ſupprimitur? vel ſaltem cur non ilico grauem aliquam noxam patiuntur? Quæ conceperunt, plurimæ, ne vel tantillum incom-

[a] *1. Oeconom. cap. 3.*

[b] *Ariſt. 4. de gen. an. cap. 1.*
Item 6. de hiſt. cap. 14.
Galen. 14. de uſu part. cap. 6.
Lib. 2. de temp. & lib. 2. de ſemine.

[a] *Ariſt. 4. de gen. an. 1.*

[b] *Hippoc. 5. aph. 57.*
[c] *5. aphor. 39.*

incommodi toto tempore geſtationis vteri percipiũt: Quæ verò illi effecta maligna tribuunt medici, non ſunt illius: aliam habent cauſſam: quapropter nõniſi in mulieribus intemperie aliqua laborantibus, & nõ perfectè ſanis apparent. Verùm hæc obiter: quæ alij non minus verè quàm rectè: quanquam à nobis antequam eos legere contigiſſet, publicè multis explicata, dictataq́ fuerint. Nunc ad noſtra. Indicat quoq́ frigidiorem fœminæ temperationem, mollities pilorum totiusq́ habitus: & ſolet etiam eſſe pinguior mare. Parmenides [c] tamen aliter ſenſit, quia uidetur fœmina celerius creſcere, ſi non in utero, ſaltem extra: item ſalacior eſt, inconſtantior & mutabilior, quæ omnia ſunt à calore. Afferunt alij pro Parmenide, mammarum additamentum, item matricis: vt autem defectio à frigore, ita additio, caloris copiam non inopiam indicat. Et Hippocrates in libro priore morborum muliebrium, vocat fœminam ἀραιοσαρκοτέρην τοῦ ἀνδρὸς, & mox ſanguinem fœminæ θερμότερον, & ipſam fœminam τοῦ ἀνδρὸς θερμοτέρην: Niſi dicas, fœminas in genere æquè calidas ac viros: ſunt tamẽ etiam in genere, maiore humiditate refertæ, quæ caliditatem retundit intercipitq́. Hoc prudenter & iuſtè à natura prouiſum fuit. Non enim ipſi tantùm mulieris corpori alendo, ſed etiam conceptui aliquando futuro alimentum præſto eſſe oportuit: quod ex tanta humiditate tantoq́ calore ſuppeditari commodè potuit. Hinc mammarum productio. Et eſt in mare aliquid aliud, matricis loco. Ab humido etiam illo inconſtantia, mutabilitasq́, item ab inexperientia rerum: ſalacitas autem in quibuſdam ab excrementi copia (intelligo

[c] *2. de part. an. cap. 2.*

autem non ipſum per ſe ac ſolum menſtruum, ſed cum excrementis bilioſis uel melancholicis confuſum) quæ vellicat & pruritum excitat. Hoc in cauſſa eſt, vt fœmina ſit æſtate ſalacior: alioquin hyeme eſſet, ſi à caliditate ſalacitas: æſtate plus ſuperuacuorum inutilium colligit: indicio eſt, quod ſi ſtatis temporibus à natura purgetur, iam uidetur egere ſtimulis ac ſolicitatore. De Hippocrate alibi diximus. Et Ariſt. *e* libro ſecundo de partibus animalium minutè ſatis docet, quot modis & ſanguis & vnaquæque res calidior uel frigidior dici queat. Nunc vereor ne nimis multa de his, quæ tamen minimè ſunt à propoſito aliena. Iterum igitur ad priora. Iniquè dixit *d* author ille cum de Fortuna loqueretur, γράφοντες αὐτὴν, οὐ μόνον ἐν εἴδει γυναικὸς, καὶ τοι τοῦθ' ἱκανὸν ἦν ἀνοίας σύμβολον. *a* Ariſtoteles vocauit aberrationem naturæ, ibi πρώτη παρεκβάσεως τὸ θῆλυ γενέσθαι καὶ μὴ τὸ ἄρρεν, ſed ſi benè intelligas, non tam iniquo animo: idcirco paulò pòſt, ens neceſſarium, eſſe dicit, ἀλλ' αὕτη μὲν ἀναγκαία τῇ φύσει. eſt παρέκβασις reſpectu ſeminis generantis; eſt ἀναγκαία finis gratiâ. Oportet enim ſeruari genus animalium perfectorum, quæ non niſi ex maſculo & fœmella ducunt ortus ſuos. Vtrumque igitur hac ratione æquè neceſſarium fuit in natura ſua: de materia idem dici poſſet reſpectu formæ: vtrumque tamen principium eſt in generatione neceſſarium. Sed eodem redimus, quo diſcedere voluimus: iterũ ergo ad id quod nunc inſtat. Et deſtituuntur quoque fœminæ externis commoditatibus, auditione, exercitatione, experientia, quæ

[*e*] *Cap. 2.*

[*d*] *Gal. in ſuaſ. ad art. cap. 2.*

[*a*] *4. de gen. an. cap. 3.*

tia, quæ pudicitiam ſuſpectam redderent, cum nihil ſit fama exiſtimationeq́ue fœminarum tenerius, aut magis iniuriæ obnoxium. Et rara ſunt illa quæ proferunt exempla Theſelidis, Hipſicradis, Artemiſiæ, quarum memoria actionibus bellicis illuſtris eſt. Item Saphi, Lesbiæ, Erinnæ ac noſtratium Semproniæ, Corneliæ, Hortenſiæ, Calfurniæ, quæ omnes ob præſtantem diſciplinarum cognitionem celebrantur. In tanta igitur raritate, præconcepta hominum opinio eſt, fœminas uel nullo modo, uel non multum contemplantes diſciplinas tenere: & illas quoq; commemoratas, aſſentatione ſcriptorum potius, quàm proprio merito laudatas dicunt. Sic enim fieri, ut ſi quid inſolitum accidat, quantumuis minimum, admiremur tamen quaſi magnum: & ſi fauor accedat, non modò excipiamus auidè, ſed augeamus quoq;. De moribus autem earum in genere ſcripſit *b* Ariſtoteles in hunc modum, καὶ τῶν φύσει σπουδαιοτέρων ἀρεταὶ καλλίους καὶ τὰ ἔργα, οἷον ἀνδρὸς ἢ γυναικός. Et *c* Galenus dixit, Fœminam non habere mores æquè venerandos ac maſculus habet. καὶ ἄλλως οὐδ᾽ ἔχει τοῦτο τὸ ζῶον οὕτω σεμνὸν ἦθος, ὥσπερ τὸ ἄρρεν. Hoc tolerabile eſt: illud non ferēdum: multos fœmineum ſexum tot maledictis proſcindere, comparare colubris, leonibus, draconibus. Sui ſexus monſtra impietatis omnis & crudelitatis infinita noſtrorum ac ſuperiorum temporum non annotarunt: vnius autem uel alterius fœminæ nequitia tantum apud illos potuit, ut totum genus fœmineum inſectari atq; exagitare voluerint? Omnino uera eſt illa Philoſophi noſtri *d* ſententia, Neminem

[b] 1. rhet. cap. 9.

[c] 11. de uſu part. cap. 14.

[d] 3. pol. cap. 12.

rectè poſſe de proprijs iudicare, quòd affectionibus teneamur omnes. A fœminis itaq; & quidem expertis, de maſculorum conditione, moribus, ac natura, iudicium fuit expectandum, non ab alijs. Si calamo æquè vti vtriq; ſexui licuiſſet, longiſsimè plura & indigniora de noſtro audirentur: imò audiuntur: ſed quia noſtra ſunt, non tam afficimur. Ariſtoteles uerò noſter quanquam *e* dixiſſet, viros eſſe natura meliores, ac proinde ipſorum virtutes & opera eſſe honeſtiora, quàm mulierum: attamen nullibi vniuerſè fœmineum ſexum virtute priuat, quod intemperantes iſti tam libenter faciunt. Habet igitur fœmina morales virtutes, ſed ſuas quaſdam, & virilib. imperfectiores. Non .n. *f* verum eſt id quod Antiſthenes dictitabat, eandem eſſe viri & mulieris iuſtitiam, temperantiam, fortitudinem: nam vir ſi ſic fortis eſſet, vt fortis mulier, timidus haberetur, & mulier garrula, ſi ſic loquendo modeſta eſſet vt vir probus, Hic præeſt, illa ſubeſt; vnius igitur ſpeciei & quidem præſtantioris, viri virtus atque omnino prudentia eſt, diuerſæ atq; minus præſtantis, virtus fœminæ: alioquin afferri cauſſa non poſſet, cur hic præeſſe ſemper debeat, illa ſubeſſe. Differunt enim hæc duo munera inter ſe ſpecie. Fundamentum totius diſcriminis eſt, finis uel opus, ad quod obeundum nati ſumus. Viri munus parare, vxoris cuſtodire. Externa cum priuata tum publica pertinent ad marem: *g* fœmina ſi extra limen agere uelit, & rebus publicis ſe immiſceat, iam non prudens, ſed audax, & quaſi aſinus ad lyram fuerit.

[e] *1. rhet. cap. 9. 1. mag. mor. 31.*

[f] *3. pol. cap. 3. 1. pol. cap. 8.*

[g] *2. œcon. cap. 1. & 1. œcon. cap. 3.*

fuerit. Nihil autem intereſt (ait morum & vitæ humanæ *b* reformator) mulieres ipſam Rempublicam regere, & regentibus viris mulieres imperare: qui habet aures ad audiendum audiat. Quædam tamen hoc noſtro eruditiore ac feliciore ſeculo ſunt, quarum iuſtitiam pietatemq́ cum admirabili prudentia coniunctam ſi ſpectes, non habeas multos ex virili ſexu, quos cum illis conferas. Eiuſmodi ſunt Regina Angliæ Elizabetha, Nauarræ Iohanna: atq; ne lōgiùs abeamus Illuſtriſsima præcellentiſsimaq́ ANNA, ex inclyta proſapia Regum Daniæ nata, Sax. Dux: quæ omnes vt modum fœmineę virtutis ad miraculum uſq; excedunt, ita uel ampliſsima regna fortiter ac ſapienter regere adminiſtrareq́ poſsint, digniſsimæ quarum memoria æternitati commendetur. Tales igitur ſemper excipio. Ex aliarum verò audacia, quot incommoda conſequi poſsint, quanquam Ariſtoteles Laconum exemplo, & alij ſapientes aliorum, teſtati ſint, noſtra tamen tempora ſatis ſuperq; declararunt. Sat habet fœmina, vnde ſibi gloriam immortalem comparare poſsit, ſi intra limen maneat, ac ſuæ det operam œconomiæ. De qua re tota *a* præcepta extant aliquot Ariſtotelis planè diuina, quæ nos in anguſtam hanc ſummam contrahere non ſine cauſſa uoluimus. Curet proba mulier quæ domi ſunt; neminem ſine mandato viri domum ingredi ad ſe permittat, cogitans hominum ſuſpicioſa eſſe iudicia, & nihil tam iniuriæ obnoxium quàm fœminarum exiſtimationem. Veſtitu atq; apparatu minore ſe ornet, quàm per leges etiam liceat: conſiderans neq; veſtimentorum nitorem & faſtum, neque excellentiam formæ

[b] *Ariſt. lib. 2. pol. cap. 3.*

[a] *2. œcon. cap. 1.*

ſ. pg 117.

344

formæ tantum valere ad mulieris laudem, quantũ modeſtia in rebus gerendis ſtudiumq́ honeſtè ac decorè uiuendi ualent. Hæc ipſa vera ſunt ornamenta, quæ durant & amitti nunquam poſſunt, quæq́ etiam ad poſteros cum ſumma laude tranſeunt. In rebus quæ extra limen fiunt, virum audiat: publica ne tractet: neq́ etiam, quanquam domeſtica ſint, propriorum liberorum connubia: hæc viro deferat. Neq́ enim tam turpe viro eſt domeſtica procurare, quàm fœminæ quæ foris fiunt. Quod ſi ad cõſultandum de huiuſmodi rebus ipſa quoque, quia mater adhibeatur, ita tamen ſententiam ſuam exponat, vt viri opinionem præferre uelit ſuæ: Certa ſit, mores viri quaſi legem à Deo per coniunctionem matrimonij vitæ ſuæ impoſitos: eos igitur qualeſcunq́ ſint, æquo ferre animo debet. In aduerſa uel externorum vel corporis bonorum fortuna, non minus quàm in proſpera ſeruiat alacriter & iucundè viro ſuo: hoc enim excelſi eſt animi, & ad maiorem virtutis laudem facit. Neq́ enim Alceſtes neq́ Penelopes tantas meruiſſent laudes, ſi cum fortunatis viris vixiſſent: nunc Admetis & Vlyſsis infortunia, compararunt ipſis gloriam ſempiternam. Omnino eodem modo ſemper erga ipſum ſit affecta, niſi tamen turpe quippiam, vel bono viro indignum commiſerit. Si tamen quidquam ob aliquam animi perturbationem ille offenderit, ipſa ne exprobret vnquam, ſed ægritudini potius atq́ ignorantiæ adſcribat quàm malitiæ. Sic maiorem gratiam authoritatemq́ apud eum ſibi conciliabit. A turpibus abſtinere debet, in alijs autẽ multò magis obtemperare, quàm ſi empta veniſſet in domum viri. Et magno ſanè pretio emitur, ſocietate nimirum vitæ, procreationeq́ liberorum,

rum, quibus nec maius nec ſanctius quidquam eſſe poteſt. Semper tamen in ſummo honore virum habeat.

Quid his præceptis reperiri ſalutarius œconomiæ poteſt? O Diuine Ariſtoteles, Tu ſemper & ubiq; tui fuiſti ſimilis: tu noſtros animos ad veram religionem pro captu tuo præparare nunquam deſijſti. Et multa quidem ſummus iſte Vir ad hanc rem facientia præcepta tradidit, quæ in primo libro [b] Rhetorices ad duas potiſsimas virtutes fœminæ proprias reuocauit, pudicitiam ſiue temperantiam & φιλεργίαν, id eſt, ſedulitatem ſtudiumq; ſuorum operum, quod ſine ulla tamen ſorde illiberalitateq; ſit. De quibus omnibus alius dicendi locus erit: nunc ad prima reuocamur. Nobilitat igitur fœminæ virtus, minus tamen quàm viri: quod Cicero etiam in Sextiana oratione ſenſit: cauſſa eſt, quia non tam magna neq; tam latè patet. Adde tu, quòd intra domus parietes lateat, paucis cognita. Hæ uulgares quanquam legitimæ cauſſæ ſunt: Illa paucioribus & ijs qui ſupra vulgus philoſophantur accepta, quòd Mas formam duntaxat conceptui tribuit, fœmina verò materiam vniuerſam, formam non planè, ſed uſq; ad aliquid. Sic placuit [a] Ariſtoteli & ſapientioribus, qui ſubtiliſsimum naturæ artificium in animalium generatione, ex multorum animalium, non autem ſolius hominis diſſectione deprehenderunt. Medicis id non probatur, qui craſsius de re huiuſmodi philoſophari ſolent. Et nihil tamen hactenus in medium proferre aut producere potuerunt, quo paulò acutior mēs ab Ariſtotele diſcedere potuerit. Potiſsimam itaq; & præſtan-

[b] *Lib. 5.*

[a] *1. de gen. an. 19. 18. ult. 2. de gen. an. 4. 1. & alibi.*

præſtantiſsimam ſui partem fœtus à patre habet, non à matre. Ab illo igitur & magis & melius, ab iſta nō multum nobilitatur. Hanc ob cauſſam non *b* eundem honorem matri adhiberi vult Ariſtoteles, qui patri exhibetur, καὶ τιμὴν δὲ καθάπερ θεοῖς. οὐ πᾶσαν δὲ γονεῦσιν. οὐδὲ τὴν αὐτὴν πατρὶ καὶ μητρί. οὐδ᾽ αὖ τὴν τοῦ σοφοῦ ἢ τοῦ στρατηγοῦ. ἀλλὰ τὴν πατρικὴν, ὁμοίως δὲ καὶ μητρικήν.

[b] *9. eth. cap. 2.*

Quod ſi paternæ virtuti materna quoq; ſit adiuncta, genus proculdubio nobilius efficietur. De quo gloriatur Helena, vt eſt apud Theodecten:

Refert Ariſt. lib. 1. pol. cap. 4.

θείων δὲ ἀπ᾽ ἀμφοῖν ἔκγονον ῥιζωμάτων.
τίς ἂν προσειπεῖν ἀξιώσειε λάτριν;

CAP. XIIII.

Nobilis fieri non poteſt: Honor quamobrem expetatur: Clarus, honore dignus: Non tamen dignior Nobili generoſo: Principatus magna res: Verus princeps: Tyrannus.

Altera quæſtio ſic deciditur. Non magis poteſt ullus vel Rex vel Dominus, quantumuis magnus εὐγενὲς facere, quàm poſsit efficere, vt quis maiores ſuos multa virtute præditos habuerit. γνώριμος itaq; uel illu-

illuſtris & clarus fiet quidem, εὐγενὴς autem naſcetur duntaxat: vel nō erit ille qui à nobis deſcriptus eſt. Nec tamen parum habet, qui à Principe ac præſertim ſummo vt Cæſare, honoribus ac titulis dignitatis afficitur. Id ex his conſtabit. Multæ cauſſæ ſunt (de iuſtis loquor) quamobrem honos ab hominibus ſit expetendus. Primùm illæ generales: quòd per ipſum euadimus alijs præſtantiores, & quòd immortales quodammodo reddamur: deinde aliæ, quòd amorem contineat: amari autem eſt *c* per ſe optabile: ſed præſertim, quoniam naturaliter ſtudioſiſsimi & appetentiſsimi ſumus honeſtatis atque virtutis, propterea honorem tanquam teſtimonium quoddam noſtræ virtutis exoptamus: atque id non ab ignotis & pueris, ſed à ſapientibus viris, quique nos noſtraque probè norint. Tunc enim *d* excitatur in nobis aut potius confirmatur Phantaſia & opinio, nos tales ac virtute præditos eſſe, cum ij teſtantur, quos vera dicere omnes exiſtimant. Adſcribam Ariſtotelis verba, καὶ τιμὴ καὶ εὐδοξία τῶν ἡδίστων διὰ τὸ γίγνεσθαι φαντασίαν ἑκάστῳ ὅτι τοιοῦτος καὶ σπουδαῖος. καὶ μᾶλλον ὅταν φῶσιν οὓς οἴεται ἀληθεύειν. τοιοῦτοι δὲ οἱ ἐγγὺς μᾶλλον τῶν πόρρω. καὶ οἱ συνήθεις καὶ οἱ γνώριμοι, καὶ οἱ πολῖται τῶν ἄποθεν, καὶ οἱ ὄντες τῶν μελλόντων, καὶ οἱ φρόνιμοι ἀφρόνων καὶ πολλοὶ ὀλίγων. μᾶλλον γὰρ εἰκὸς ἀληθεύειν τοὺς εἰρημένους τῶν ἐναντίων. Principem autem *e* comparat Ariſtoteles ex Homeri etiam teſtimonio, illi parti animæ noſtræ quæ præeſt & imperat: & in Politicis Platonem imitatus, ex numero probo-

[c] 8. eth. cap. 8.

[d] Ibid. & 1. rhet. cap. 11. 1. ethic. cap. 5.

[e] 3. Nicomach. cap. 3.

346

proborum virorum creatum eſſe ſupponit: propterea quòd nimirum, uel virtute propria, aut rerum virtute geſtarum magnitudine, vel ſui generis excellentia præſtet. Sic ipſe *f* loquitur, καὶ καθίςαται βασιλεὺς ἐκ τῶν ἐπιεικῶν καθ' ὑπεροχὴν ἀρετῆς ἢ πράξεων τῶν ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, ἢ καθ' ὑπεροχὴν τοιούτου γένους. Et alibi ſolum *g* principem, Sapientis titulo uult ornari. Quibus igitur præſtanda fides ſi non Principibus? qui honorandi, ſi non ij quos Principes ipſi honore dignos teſtantur? Porrò intereſt etiam Reipublicæ bonos virtuoſosq; talibus affici præmijs, vt his quaſi eſca ad bene agendum cæteri alliciantur. In qua tamen re videndum, ne uelùti fabri viliores ex quauis materia elegantis formæ vaſa conficiunt, quod fortaſſe *a* Gorgias Leontinus Lariſſæis Principibus obijcere voluit, & *b* Alchimiſtæ adulterinum argẽtum inſignibus atque imagine Principum effingunt, ita Principes eos ornent, quorum nulla ſpectata virtus, nullumq; meritum eſt. Vbi annotandus eſt obiter quorundam error: Putant Principem eo ipſo quo Princeps eſt continuò dici nobilem, atq; honores dignitatesq; iure diſtribuere poſſe. At non hoc erat nobilitas. Magnum tamen quippiam & per ſe venerabile principatus eſt: & maius ac venerabilius ipſa per ſe Nobilitate: indicat enim exceſſum quendam in Sapientia: *a* ἀρχικὸν γὰρ τὸ φρονεῖν. Et *b* ἡ φρόνησις ἄρχοντος ἴδιος ἀρετὴ μόνη. Subditorum autem οὐκ ἔστιν ἀρετὴ φρόνησις, ἀλλὰ δόξα ἀληθής. Et is qui impe-

[*f*] 5. *pol. cap.* 10. & 3. *pol.* 11. 12. *Plato in* 3. *de rep.* & 4. *de legib.*

[*g*] 3. *pol.* 3.

[*a*] 3. *pol. cap.* 1.

[*b*] 8. *eth. Nicom.*

[*a*] 1. *rhet.* 11.

[*b*] 3. *pol.* 3.

imperat, *e* tibicinem tibijs vtentem æmulatur: is uerò

[e] *Ibid.*

qui ſubeſt tibiarum artifici ſimilis eſt. Quod ſi Principatui nobilitas adiuncta ſit, iam maximum quippiam & venerabiliſsimum in terris erit. Addendum etiam illud: Princeps vel vi uel populi conſenſu & voluntate tenet imperium: Si vi, tyrannus eſt, atq; omni honore ipſe indignus, nedum vt alijs ipſe honorem poſsit addere. Honoratur tamen: credo, ſed ab improbis, aut à probis etiam, metu inductis. Verus autem & legitimus honos, tyranno non debetur: caret enim iuſtitia, quæ Virtutum omnium regina eſt, & qua carere ſine ſcelere non poſſumus. Nec ſi iuſtè, fortiter, temperãter agere quippiam uideatur, continuò iuſtus, fortis, temperans eſt. *e* Artium & virtutum ratio haud

[e] *2. eth. cap. 3.*

ſimilis habetur: quæ fiunt ab artibus, perfectionem artis in ſe gerunt incluſam: Satis eſt igitur ea certo quodam modo conformata effici. At quæ ex virtutibus aguntur, non ſi ea cuiuſdam modi ſint, iuſtè aut temperanter aguntur, ſed ſi is quoq; qui agit πῶς ἔχων πράττῃ. Ac primùm quidem ſi ſciens: deinde ſi conſilio propter ea ipſa capto: Poſtremò ſi firma, perpetua, alacri & conſtante voluntate agat. Tyrannus autem non eſt ſic affectus, ſed ſimulat probitatem pietatemq;, vt animos hominum ſibi conciliet, ne ſint à ſe vel ab imperio ſuo alieni: atq; in *d* ſumma agit omnia, vt de ſe faciat opinionem

[d] *5. pol. cap. 11.*

iuſtitiæ temperantiæq;, non quia reuera ſit talis: Sic Ariſtoteles cum præcepta tyrannidis cõſeruandæ traderet, inquit, διὸ δεῖ κἂν μὴ τῶν ἄλλων ἀρετῶν ἐπιμέλειαν ποιῆται, ἀλλὰ τῆς πολιτικῆς· καὶ δόξαν ἐμποιεῖν περὶ αὐτοῦ τοιαύτην· Et

Q 3 paulò

347

paulò poſt docens quomodo tyrannus in voluptatibus corporeis gerere ſe deberet, hæc ſcripſit, ἀλλὰ μάλιστα μὲν μετριάζειν τοῖς τοιούτοις. εἰ δὲ μὴ, τόγε φαίνεσθαι τοῖς ἄλλοις διαφεύγειν. Si verò conſenſu populi teneatur imperium, aut fortuna factum id erit, aut electione: & hac vel hæreditaria, ut apud *e* Lacedæmonios, vel non hæreditaria, ut apud Carthaginenſes. Vtroque modo uel cum virtute, uel ſine: ſi illud, iam verus & legitimus princeps eſt, cui omnis honos adhiberi, omnis obœdientia præſtari promptè & alacriter debet. Talibus principibus Europa noſtra per Dei gratiam nũc regitur, (iam enim monſtra illa vt Nero & Caligula perierunt) Si vero ſine virtute ſit, ut apud Aſiaticos & Affricanos eſſe nunc ſolet, Tyrannicum erit imperium, quia cum iniuſtitia coniunctum. Nam qui plus recipit, quàm ſibi conueniat ac debeatur, quanquam iniuriam facere non dicatur (hæc enim *f* volentibus non fit) iniuſtus tamen ipſe eſt. Verba Philoſophi *g* eiuſdem ſententiæ iſta ſunt, φανερὸν δὲ καὶ ὅτι ὁ διανέμων ἀδικεῖ, ἀλλ᾽ οὐχ ὁ τὸ πλέον ἔχων αἰεί. οὐ γὰρ ᾧ τὸ ἄδικον ὑπάρχει, ἀδικεῖ. Illud hîc inſuper quæri ſolet, an qui propter merita ſua Principis teſtimonio factus ſit Clarus, in maiore honore quàm Nobilis haberi debeat. Facilis eſt reſponſio. Magni fit atque honoratur Nobilitas propter virtutis opinionem. Virtus igitur omni Nobilitate præſtantior *h* eſt,

Ηπου κρεῖσσον τῆς εὐγενείας τὸ καλῶς πράσσειν.

Et *i* Ariſtoteles, αἱρετώτερον δὲ αὐτὸν εἶναι σπουδαῖον, ἀλλ᾽ οὐ τὸν πρόπαππον ἤ τινα τῶν ἄλλων προγόνων. Qui ergo nobilis

[e] *2. pol. cap. 12.*

[f] *3. pol. cap. 10.*

[g] *5. eth. cap. 8.*

[h] *Eurip. in Ægeo.*

[i] *In frag. de nobil.*

virtu-

virtute propria caret, & maiorum duntaxat ſuorum meritis commendari vult, is non multum habet, quo de honore contendere cum excellentis virtutis homine debeat. Pigro cuidam militi, ſtrenuo patre nato, ſtipendia petenti paternis æqualia, reſpondit Antigonus, pro fortitudine propria, nō pro paterna militibus præmia diſtribui. Elegantis Poëtæ noſtratis Carmina quædam, cum huic argumento mirè congruant, adſcribere non grauabor. *Ouid. ad Piſon.*

Hinc tua me Virtus rapit & miranda per omnes
Vita modos, quæ ſi deeſſet tibi fortè creato
Nobilitas, eadem pro nobilitate fuiſſet.
Nam quid imaginibus, quid auitis fulta triumphis
Atria, quid pleni numeroſo Conſule faſti
Profuerint, ſi uita labat? Perit omnis in illo
Gentis honor, cuius laus eſt in origine ſola.

Qui verò in dubium reuocant, an nobilis, quem propria quoq; virtus comitetur, ſit homine nouo, id eſt, propria duntaxat virtute claro, præferendus, ij mihi inuidia potiùs vel odio nobilitatis, quàm ſtudio veritatis moueri uidentur. Aduerſus nobilem his rationibus diſputant: Homo nouus nullis exemplis incitatus, non multis adiumentis fultus, ſine ulla neceſsitate (licebat enim ipſi cum alijs ſuis maioribus in obſcuro deliteſcere) ſola Virtute propria ſummum honoris gradum aſſecutus, non ſeipſum duntaxat, ſed genus ſuum illuſtrat, ac principium poſteris dat nobilitatis. Nobilis contra ſe habet per omnia, neq; tamen tot tantaq; præſtat. Alterius verò partis, hæ ſunt rationes. In nobili generoſo non modò propria elucent facta, ſed & maiorum quoq;: quoties vnus ex eis præclarè aliquid geſsit,

& quot

348

& quot fuerunt ex ijs illuſtres & clari, toties ac tot acceſsionibus aucta gloria illius eſt. Vnius itaque merita cum tanto cumulo non ſunt comparanda. Quæ magna ſunt, non conſeruare modò, ſed etiam augere, maius quippiam eſt, quàm minima ſibi comparare. Noui homines & qui maiores habuerunt obſcuros, ſola collatione illuſtriores iudicantur. Nobili verò generoſo maiorum quoque nobilitate collata, non parum ex propria virtute accedit. Horum cauſſam tuetur *a* Plutarchus: item Ariſtoteles qui perfecta felicitate *b* priuat ignobiles, ἐνίων δὲ τητώμενοι, ῥυπαίνουσι τὸ μακάριον, οἷον εὐγενείας, εὐτεκνίας, κάλλους. οὐ πάνυ γὰρ εὐδαιμονικὸς ὁ τὴν ἰδέαν παναίσχης, ἢ δυσγενὴς, ἢ μονώτης καὶ ἄτεκνος. Quod ſignificauit quoque in Politicis, cum dixit neque virtuoſum ſine nobilitate, perfectum imperandi ius obtinere: & cum in rhetoricis affirmat omnia quæcunque honorem gignunt & familiam illuſtrant, vt conſequutum eſſe ampliſsimos magiſtratus in ciuitate, magna imperia iuſtè prudenterque geſsiſſe, hoc aut illud pro ciuium ſalute fortiter feciſſe, ſummum denique virum in Republica ſua fuiſſe, cuncta inquam hæc ſpatio temporis remota, quam propinqua honeſtiora eſſe maioremque dignitatem *c* afferre; διὰ τὸ ταῦτα πόῤῥω μᾶλλον ἢ ἐγγὺς γιγνόμενα, ἐντιμότερα εἶναι καὶ ἐναλαζόνευτα. Quibus non obſtat locus ex fragment. de Nobilitate, οὐ τοὺς εὐγενεῖς εἶναι τοὺς ἔκπαλαι πλουσίων οὐδὲ τοὺς ἐξ ἀγαθῶν πάλαι: κρείττων γὰρ ἂν δόξειεν ἀρχαίας ἀρετῆς πρόσφατος. Vel enim ita explicandus eſt, vt eſt à nobis antea explicatus (additur enim ſtatim καὶ μετέχειν μᾶλλον ἕκαστον πατρὸς ἢ προπά-

[a] *Lib. de nobil.*
[b] *1. Nicom. cap. 8.*
[c] *2. rhet. cap. 15.*

προπάτωρ: quod alioquin cum præcedente ſententia non cohæret) vel ſic eſt accipiendus, quaſi ex opinione aliorum proferatur. Fidem huius rei faciunt ea, quæ paulò poſt ipſe de ſuo addit. Neq; collatio etiam huic noſtræ ſimilis eſt, ſi rectè quæ præcedunt & quæ ſequuntur, intueamur. Cæterum rationibus quoq; aduerſariorum reſpondent nobiles: Gloria parentum ſegnes potius reddi ſolere poſteros, ut quaſi ea contenti, in ea manere, neq; vltra pergere uelint, quàm excitari. Nouis autem hominibus verius acceſſiſſe ſtimulum: qui cũ antea carerent honoribus, atque in obſcuro iacerent, non tam ſponte, quàm præ nimio pudore coacti ad virtutes atq; honores omni ſtudio contenderunt. Nec tamen ſua quantumuis ampla dignitate, tantum quantum nobiles præſtant: Dant ipſi poſteris principium nobilitatis: At hi principium ſimul atq; incrementum ſuis hæredibus largiuntur.

CAP. XV.

An Nobilis poſsit ignobilis fieri: Artes mechanicæ an Nobilitati derogent: Seruus: Seruilia miniſteria: Scientiæ etiam mechanicæ: Humanæ vitæ imago: quatenus Principi liceat mechanicis ſtudijs operam dare.

349

TErtia dubitatio minus adhuc difficultatis habet. Non poteſt nobilis ipſe ignobilis fieri: fuerũt enim maiores ipſius illuſtres. Hoc factum infectum reddi ulla ratione nequit. Famâ poterit, (quod apud quaſdam nationes moris eſt,) atq; honore ſi meritus ſit priuari, non autem nobilitate. Sic iſti ad quæſtionem dicunt: & rectè dicunt. Alius tamen in hunc modum occurret, Honoratur nobilis propter opinionem virtutis: opinantur enim omnes ex bonis naſci bonum. Non poteſt igitur illi denegari honos, quin ſimul auferatur nobis opinio illa: hoc ipſum nobilitas eſt. Malè habuit multos hic ſcrupulus: qui tamen facilè tollitur. Dextrè accipiendum eſt quod dicitur, Nobilem priuari fama & honore poſſe: ſimpliciter atq; ex toto, reuera non poteſt: ſemper enim vis illa & efficacitas naturæ à parentibus accepta, non paruam ſui ſpem nobis facit, & præconceptam opinionem perire non ſinit. Leges aliter perſuadere volunt & merito. Cupiunt enim magnitudine pœnæ, homines à vitijs quibusdam turpioribus, & humanæ ſocietati magis noxijs deterrere: Huc potius Legislatores, quàm rem ipſam plerunq; ſpectant. Simile quippiam eſt, quod [a] Ariſtoteles de lege Pittaci Mitylenei in Politicis dixit. Huius fuit propria lex, vt ebrij ſi quem pulſaſſent grauiori pœna, quàm ſobrij plecterentur: nam quia Mitylenei vino abundabant, & eorum plures ebrij quàm ſobrij contumeliam inferre ſolebant, non ad veniam ſpectauit, quæ danda magis erat ebrio (agit enim quodammodo ex ignorantia) ſed ad vtilitatem. Principium quidem (vt ad propoſitum reuertamur) ignobilitatis eſſe poſteris quiſpiam poterit, ipſe tamen

[a] 2. pol. cap. ult.

ſemper nobilis, atq; iſto nomine honore dignus erit. Tunc verè amittetur nobilitas, cum pater, filius, nepos ac pronepos degeneres fuerint. Paulatim enim deficit opinio illa, donec in totum extinguatur: in cuius locum ſuccedit altera, ex malis malos naſci. Platonis eandem videri ſententiam, ſuprà ex libro nono de legibus annotatum eſt. Supinè autem loquuntur qui dicunt, quemadmodum ſumma ſenectus, mentis vim atq; conſilium debilitat, & affert interitum dignitatis, ſic etiam ſplendorem nobilitatis mediocri vetuſtate augeri, extrema verò ſenecta confici. Vt ſimilitudo non quadrat, ita nō rectè concludit: quo vetuſtas generis maior, eò plus authoritatis nobilitas habet: creſcit enim id in animis hominum, cuius cauſſa in admiratione atq; honore cœpit haberi. Vitijs itaq; noſtris, uel ipſi fortunæ, ſenij vel potius morbi atq; interitus ipſius culpa tribuenda, non vetuſtati. Reſtat nunc ultima dubitatio, ad quam ſic dicet Ariſtoteles, Ingenui hominis eſſe nullam operoſam artem exercere, vel alteri *a* viuere, καὶ τὸ μηδεμίαν ἐργάζεσθαι βάναυσον τέχνην. ἐλευθέρου γὰρ τὸ μὴ πρὸς ἄλλον ζῆν. Nobiles autem & ingenuos inter ſe finitimos eſſe alibi *b* dixerat: quaſi nobilis ſit liberaliter viuere, atq; extra ſordidas & neceſſarias artes. Vt Seruus vocetur, nō modo mancipium ipſum, ſed & is qui ſordidam exercet artem, eſt enim quaſi ſeruus publicus. Quapropter libertas, quæ vtriq; ſeruituti opponitur, honeſta quædam hominis conditio eſt. Atq; eodē nomine, nobiles & ingenui alio loco vnà *c* cōiunguntur, ὡς ὄν, τι τὸ μὲν ἁπλῶς εὐγενὲς ἐλεύθερον. Ingenuo ſiue libero oppo-

[a] 1. rhet. cap. 9.

[b] 3. pol. cap. 8.

[c] 1. pol. cap. 4.

ponitur ſeruus. Vnus locus pro multis *a* ſufficiet, οὐ γάρ ἐστι δίκαιον οἰκέτῃ πρὸς ἐλεύθερον ταὐτόν. ὁ οἰκέτης γὰρ ἐὰν πατάξῃ τὸν ἐλεύθερον, οὐκ ἔστι δίκαιος ἀντιπληγῆναι. ἀλλὰ πολλάκις καὶ τὸ ἀντιπεπονθὸς δὲ δίκαιόν ἐστιν ἐν τῷ ἀνάλογον. ὡς γὰρ ὁ ἐλεύθερος ἔχει πρὸς τὸν δοῦλον τῷ βελτίων εἶναι, οὕτω τὸ ἀντιποιῆσαι πρὸς τὸ ποιῆσαι. Sic nobilitatem quoque ſeruituti opponit libro *b* priore politicorum. Cauſa iſtius eſt, quia nobilitatis fons, vt ſatis antea diximus, ipſa virtus. At qui vitam in arte ſordida mercenariaque degit, is non *c* poteſt in ea quæ virtutis ſunt curam & operam impendere. *d* Quapropter Thebis qui iam decimum annum à mercatura non abſtinuiſſet, is gerere magiſtratum lege vetabatur, & artifices eodem modo, niſi certo tempore ceſſaſſent ab arte ſordida, Reipublicæ præeſſe non poterant. Antiquioribus verò temporibus, & πρὶν δῆμον γενέσθαι τὸν ἔσχατον, id eſt, priuſquam deprauatiſsima illa Reipublicæ popularis ſpecies *o* (quæ etiam poſtremò inuenta eſt, antiquitus enim non erat) eſſet inducta, opificibus imperium nunquam communicabatur, atque erant omnes vel ſerui vel peregrini. Verba magni Philoſophi hæc ſunt, οὐ γὰρ οἷόν τε ἐπιτηδεῦσαι τὰ τῆς ἀρετῆς, ζῶντα βίον βάναυσον ἢ θητικόν. Atque *e* alibi, liberorum educandorum præcepta tradens, non conuenire teſtabatur, vt mentem ſimul & corpus laboribus fatigemus, quoniam ipſi labores

[a] *1. mag. mor. cap. 31.*

[b] *Cap. 4.*

[c] *3. pol. cap. 3.*

[d] *Ibid. & lib. 6. cap.*

[o] *5. pol. cap. 5.*

[e] *8. pol. cap. 4.*

contrariarum rerum ſint efficientes. Vt enim mentis labor corpori, ita corporis menti eſt impedimento, ὁ μὲν τοῦ σώματος πόνος τὴν διάνοιαν, ὁ δὲ ταύτης τὸ σῶμα ἐμποδίζων. Hinc ſeruilem eſſe, ac ſine virtute eſſe pro eodem *f* accipitur: Diſputat Ariſtoteles an Multitudini

[f] 3. pol. 7.

vel plebeis hominibus honores Reipublicæ communicandi ſint: Concludit ex Solonis ſententia pro Reipublicæ ſalute, ac pro honeſtate aliquam eis quoq; poteſtatem, vt magiſtratus deligendi & corrigendi, item conſultandi, tribuendam eſſe: Non tamen permittendum, vt ſeparatim per ſe magiſtratum ullum gerant: Coniunctis & *n* mixtis cum melioribus concedendum: ſic enim ſatis

[n] 4. pol. 14.

habere ſenſus, & Reipublicæ cōſilio ſuo poſſe multum opitulari: vt cibus impurus cum ſincero temperatus, totum alimentum reddit vtilius pauco. Tum occurrit ſibi, quoniam in qua quiſq; arte peritus ſit, officij ſui rationem reddere in arte illa poſsit. Multitudo vero eſt ciuilis omnis adminiſtrationis imperita: vt hac ratione, magiſtratuum nec electio nec correctio eius arbitrio permittenda videatur. Sententiam itaq; ſuam his verbis limitat, ἂν ᾖ τὸ πλῆθος μὴ λίαν ἀνδραποδῶδες. Seruilium autẽ miniſteriorum genus, ea omnia ſtudia easq; complectitur artes, *g* quæ in labore potius corporis ſitæ

[g] Gal. in ſuaſ. ad art. cap. 6.

[h] 3. polit. 3.

ſunt, quàm quòd ratione animoq; tractētur: ἐργασίαι vocantur ab *h* Ariſtotele: quorum partem tenent ij qui χερνῆτες dicuntur, quaſi manum opere vitam agentes: Eſt autem vocabulum ex manibus nandoq; compoſitum, eleganti

meta-

metaphora illis accommodatum. Vnde optimè humanæ vitæ imago ſic poſſet exprimi. Sit vita fluuius, qui iugiter tranſit: homo natans, pauper: qui cimba traijcit, diues. Sed ad rem. In priore autem libro *i* Politicorum, ἐργασίαι, id eſt, opificia, minutius adhuc diuiduntur: quædam enim artificioſa magis dicuntur, quædam minus: illa ſunt in quibus fortunæ partum, ars multum loci habet: contra, hæc opponitur arti fortuna, quod iſta temerè fertur atque in ambiguos euentus ſpectat, ars autem conſilio definitiſque legibus gubernatur, quos certa conſequi opera ſolent: Item quædam ſordida magis, vt in quibus corpus maximè fœdatur: tertiò quædam ſeruilia magis, in quibus plurimus requiritur corporis uſus: Poſtremò quædam nobilia, uel generoſa magis, vt quæ multum virtutis deſiderant. Addit autem alio *k* loco φορτικωτέρας, vt quæ gloriolæ inanis tātùm comparandæ deſtinata ſunt, nihil interim aut parum in communis ſocietatis uſum conſulentia: ex quo meritò ſunt odioſæ: talibus adnumerat Galenus Athletarum *l* artem. Alibi etiam vt quarto libro *m* Politicorum, artium tria genera enumerantur, βάναυσον, Mechanicum: ἀγοραῖον, forenſe: θητικόν, mercenarium. Mechanicum verò, diuiditur in id quod ad vſus neceſſarios, & id quod ad iucundam liberalemque vitam pertinet: in quo numero continebuntur quoque agricolæ: quamuis Ariſtoteli eo in loco partes Reipublicæ diſtinctè enumeranti, eos ſegregare licuerit. Facilè autem eſt videre, eiuſmodi artium ſpecies ita ſe habere, vt vna

[i] *cap. 7.*

[k] *1. ad Eud. cap. 2.*

[l] *In ſuaſ. ad art. cap. 6.*

[m] *4. lib. pol. cap. 4.*

vt vna in alteram incidat, & plures earum ſimul eidem poſsint adeſſe. Omnia itaq; talia ſtudia quòd ad felicitatem non pertineant, nobilitati derogabunt, vt tantò minus poſsint parere nobilitatem. Sic loquitur Ariſtoteles, *διηρημένων δὲ τῶν βίων, καὶ τῶν μὲν ἀμφισβητούντων τῆς τοιαύτης εὐημερίας, ἀλλ' ὡς τῶν ἀναγκαίων χάριν σπουδαζομένων. οἷον τῶν περὶ τὰς τέχνας τὰς φορτικὰς, καὶ τῶν περὶ χρηματισμὸν καὶ τὰς βαναύσους: λέγω δὲ φορτικὰς μὲν τὰς πρὸς δόξαν πραγματευομένας μόνον. βαναύσους δὲ, τὰς ἑδραίας καὶ μισθαρνικὰς: χρηματιστικὰς δὲ τὰς πρὸς ἀγορὰς μὲν καὶ πράσεις καπηλικάς.* Vbi audimus etiam *χρηματιστικὴν* à numero artium ingenuarum explodi, non omnem tamen. Eſt enim aliqua naturæ conueniens & œconomo politicoq; neceſſaria, vt priore libro politicorum ab eodem Magiſtro diuinitus monſtratum fuit. Minus autem pertinent ſtudia eiuſmodi ad felicitatem, quia partes illas animæ ſpectant, quæ hominis propriæ non cenſentur, vegetantem inquam & ſentientem [b] *διὸ οὐδ' αἱ ἀρεταὶ αἱ τοῦ θρεπτικοῦ καὶ ὀρεκτικοῦ, ἀνθρώπου.* Sunt enim omnes eiuſmodi artes, vel ad alimentorum vitæ neceſsitatem [c] vel hominum delicias ac voluptatem excogitatæ.

[b] 2. *Eudem. cap.* 2.

[c] 4. *pol. cap.* 4.

Quo tamen loco duo notanda ſunt: Primum erit, Nobilem & ipſum quoq; Principem in Republica virum, poſſe ſine ulla dignitatis macula in nonnullis etiam ex iſtis artibus, dignioribus nempe, tempus & operam ponere, ſi tamen ſui duntaxat uſus, vt voluptatis atq; animi gratia id faciant, non alterius. Tunc enim ſibi, non alteri ſeruiunt: quapropter non

debent

debent ob eam cauſſam ſerui artificum more appellari: Sic rem decidit *d* Ariſtoteles, τὰ μὲν οὖν ἔργα τῶν ἀρχομένων οὕτως οὐ δεῖ τὸν ἀγαθὸν οὐδὲ τὸν πολιτικὸν, οὐδὲ τὸν πολίτην τὸν ἀγαθὸν μανθάνειν, εἰ μήποτε χρείας χάριν αὐτῷ πρὸς αὐτόν. Imo verò qui tam acuto ſunt ingenio, tantaque manus dexteritate ualent, honorandi magis & celebrandi ſunt. Alterum adhuc generalius eſt: Ex operibus utilibus, neceſſaria quædam diſci debere, quæ tamen habentem non reddant *e* ſordidum, & cuiuſmodi reputãtur quæcunque liberorum hominum corpus uel animum, uel intelligentiam, inutiles ad virtutis actiones atque vſus reddunt: Hæc enim mercenaria & ſordida uocantur: quia mentem impediunt abiectamque reddunt. *f* Adde his ſcientias quoque alias elegantiores, ſi aliorum cauſſa, id eſt, lucri & quæſtus gratiâ exerceantur: tunc enim mercenariarum ſeruiliumque loco habentur. Verba præceptoris hæc ſunt, ἔστι δὲ καὶ τῶν ἐλευθερίων ἐπιστημῶν μέχρι μέν τινος ἐνίων μετέχειν οὐκ αὖ ἐλεύθερον. ὁ δὲ αὐτὸ τοῦτο πράττων δι' ἄλλους, πολλάκις θητικὸν καὶ δουλικὸν δόξειεν ἂν πράττειν. Quod tamen ſic eſt intelligendum: In ſcientijs communicandis non vt ex eis quæſtum, quaſi per commutationem faciamus, ſed vt poſsimus humanæ ſocietati multum ac diu conſulere, mutuum beneficium potius, quàm mercedem & præmium expectare atque accipere nos debere. Qua in re dupliciter hodie peccant homines, vt iuſtiſsimè *g* Galenus quodam loco conqueritur. Nam & quæſtus gratia perdiſcunt artes, non autem ut

[*d*] *3. pol. 3.*

[*e*] *8. pol. cap. 2.*

[*f*] *Ibid.*

[*g*] *Lib. quod opt. med. ſit etiam phil.*

tem vt de hominibus benè mereantur, & in quæſtu faciendo nullum terminum ſtatutum habent: quotus enim quiſq; nunc eſt ex Philoſophis, Iureconſultis, Medicis, qui tantum habere pecuniarum cupiat, quantum ad neceſſarium vitæ uſum ſit ſatis? Quot reperias, qui non ſolùm verbis (tales nanq; multi ſunt) ſed reipſa doceant, diuitijs eſſe à natura impoſitum modum, ne ultra progrediantur, quàm vt neq; fame neq; ſiti neq; algore corpus afficiatur? At alios tamen ſpectamus (dicet quis) cum vtimur diſciplinis ad bene de hominibus merendum: Præpoſterus igitur & ſeruilis eodem etiam modo, ipſarum uſus erit. Non ſic eſt: nam homo ea ratione qua eſt homo, ſociabilis eſt, & pars quædam humanæ communitatis: Cum ergo ſalutem dat hominibus, & ciuilem ſocietatem tuetur, ſibijpſi ſeruire, ſuum ipſius bonum proprium perfectionemq; ſibi comparare cenſetur. Tunc ſeruit alijs, cum artem exercet, non vt ipſis proſit, ſed vt pecuniam ex ipſis emungat: hoc enim proprium hominis bonum, atq; hic proprius ſcientiarum uſus non eſt. Seruile eſt, inquit [a] Ariſtoteles, quòd οὐκ αὐταρκές: quo etiam probabat, ciuitatem natura ſeruam, non poſſe dici ciuitatem:, αὐταρκὴς γὰρ ἡ πόλις. Qui ergo diſciplinas ad lucrum non ad ipſaſmet referunt, hi ſeruiles & mœchanicas eas reddunt. Hiſce paucis quæ generatim nunc attigimus, quaſi fuſtibus fugantur omnes illæ dubitationes, quæ de agricolis, medicis, mercatoribus, procuratoribus, aduocatis, iudicibus, furioſis, quatenus nempe dici uel non dici nobiles debeant, maiore cum apparatu allatæ & longè copioſius quàm rei natura poſtularet ab alijs, ſummæ tamen au-

[a] 4. *pol.* 4. & 11.

men authoritatis hominibus, pertractatæ ſunt. Atque hîc iam tandem receptui canemus: Omnia enim quæ ad quæſtionem de vera Nobilitate explicandam faciebant, perſecuti ſumus: Illius naturam definitione euoluimus: à quibus cauſsis penderet oſtendimus: nonnulla de ſpeciebus eius diximus: Poſtremò dubitationum quarundam, quæq; maioris momenti uidebantur eſſe, nubes omnes diſiecimus.

Eos autem qui hæc legent, vehementer oratos uelim (periti modo ſint rerum de quibus agitur, nam cæteros facilè contemno) vt ſi cui rei occurrant quam nō probent, eam amico animo & placidis verbis pro veritate corrigere atq; emendare, vel etiam quod deeſt, ipſi ſuplere dignentur: & faueant nihilominus quantulæcunq; induſtriæ diligentiæq; noſtræ, quæ nō longo temporis ſpatio huic tractationi, petentibus id, imò verò efflagitantibus nobilibus ac doctis amicis quibuſdam, fuit adhibita.

Omnino tamen ſtuduimus (ſi *b* Ariſtotelis verba vſurpare nobis liceat) vt aliquid rectius commodiusq; de his rebus præciperemus, τῶν νῦν ὑπολαμβανομένων.

[*b*] *1. pol. cap. 3.*
2. pol. cap. 1.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CONVERSIO GRÆCORUM QVÆ IN HOC LIBRO LEGVNTVR NON CONVERSA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PAg. 1. ἐκ γενετῆς ὢν. *Cum ſit ab ortu cæcus.* Pag. 2. ἀρχιτεκ. *Architectos & ſcientes.* πεπαιδ. *eruditos.* ἀλλ. *Sed tamen non melius quàm ſcientes ipſi.* Pag. 3. κατὰ δὲ. *In huiuſmodi autem uiros, non eſt lex: ipſi enim ſunt lex: Meritò nanq; rideretur ſi quis in eos leges ferre tentaret.* λείπε. *Supereſt igitur, ut uidetur, naturam eorum talem eſſe, ut eis parere omnes debeant.* δημάγω. *Populi aſſentatorum, uel rhetorum.* τοὺς. *Nobiles atq; honeſtos.* Pag. 5. πρὸς. *Ad opinionem appeti nobilitatem, reuera tamen ignobiles à nobilibus nihil differre.* περὶ δὲ. *Diuinationem autem, quæ per ſomnum fit, & quæ ab ipſis ſomnijs fieri dicitur, contemnere facilè non eſt, neq; etiam facile eſt, eidem habere fidem: Nam quòd omnes uel plæriq; aſſentiantur, Somnia ſignificare aliquid fidem facit: quaſi id ita eſſe, experientiâ compertum ſit.* Pag. 6. κύνας. *Canes & equos nobis ô Cyrne quærimus, Nobiles: & unusquiſq; uult ex bono genere, ſuos iniri: malam uerò uxorem, maliq; patris filiam, ducere non curat uir bonus.* Pag. 7. εἰ δή. *Si quidem tibi tui patris inſtillata eſt indoles bona.* πᾶσι. *Adhortor autem omnes homines, ut ex bonis uiris, nobiles liberos gignant.* οὐ πάνυ. *Ignobilis enim, non cenſetur admodum felix eſſe.* Pag. 8. καὶ γὰρ. *Nam primùm naſci oportet, id eſt, homines eſſe, non autem ex alio genere animantium: tum certo quodam modo, cum animo, tùm corpore affectum.* ὄψιν. *Viſum habentes:* εὐφυΐα. *Ingenium.* μεγίστη. *Maxima, præſtantiſſimaq;.* ὁ ἄνθρω. *Nam homo hominem generat, & Sol.* τὸ μὲν. *Et quod ad Naturam attinet, in nobis non eſſe manifeſtum eſt: ſed ex quadam diuina cauſſa, &c.* ὅθεν. *Ex quo alia omnia, hæc quidem illuſtrius, hæc autem obſcurius eſſe habent, & uiuere.*

354

Pag. 9. ὅτι. *Quia Deus inſtrumenta in nobis ipſis poſuit, quorum operâ inſtrumentis externis uteremur: Manum, inquam, corpori, Animæ autem mentem.* μέτοικος. *Inquilinus:* ἀλλ᾽. *Sed nobilis, ſi imperare magnam rem iudicet.* δίκαιος. *Iuſtum aliquod.* διόπερ. *Quapropter, iure nobiles ac diuites de honore inter ſe contendunt.* ἀλλ᾽ οἱ μὲν. *Sed populares, libertatem affectant, Oligarchici, hi quidem diuitias, illi uerò nobilitatem: Ariſtocratici autem, uirtutem.* δόξαιεν. *Nullum enim ius afferre uidentur ij, qui uel propter diuitias, uel propter genus, imperio ſe eſſe dignos putant.* Pag. 10. ὅτι. *Quoniam ipſi plus agri obtinent, ager autem communis eſt: Prætexea quia eis in comercijs maior habetur fides.* πολῖται. *Pro ciuibus enim magis habentur, nobiliores, quàm ignobiles.* ἡ δ᾽ εὐγε. *Nobilitas autem apud omnes domi, in honore habetur.* Pag. 11. ἐν τούτοις. *In utraq; nanq; harum urbium, honorantur qui nobilitate præſtant.* ὑπερευγενῆ. *Nam qui generis nobilitate, aut uiribus, uel diuitijs magnopere præſtant, quiq; his contrarij ſunt, nempe uel nimium inhonorati, uel nimium pauperes, uel nimium imbecilles, ut rationem ſequantur difficile eſt.* οἱ γὰρ. *Nobiles enim honore digni putantur: ſunt enim in excellentia quadam.* φορὰ γάρ. *Eſt enim in familijs prouentus uirorum quidam, perinde ac in ijs quæ naſcuntur in agris: & nonnunquam ſi bonum genus ſit, uiri præſtantes exoriuntur: deinde rurſus retrofertur. Familiæ uerò quæ ſubtili ingenio ſunt præditæ, ad mores inſaniores deficiunt.* Pag. 12. εἰκος. *Putandumq́; eſt, priſcos illos homines ſiue ex terra geniti fuerint, ſiue ex corruptione aliqua ſeruati, ſimiles fuiſſe uulgaribus, & inſipientibus: quemadmodum de terrigenis memoratur: ut in eorum decretis permanere ſit abſurdum.* διά τινα. *Propter aliquam loci mutationem, aut amicorum penuriam.* ἐστι. *Eſt enim & ciuitatis proprium aliquod opus.* εὖ ζῆν. *Benè uiuere, feliciterq́;.* πολλοί. *Multi boni fuerint, uel eſſe apti ſint.* Pag. 13. ἡ μὲν. *Natura enim noſtra uelut ager eſt: Dogmata uerò præceptorum, ueluti ſemina ſunt: Inſtitutio autem à puero &c.* οὐκοῦν. *Nonne benè nati, ſi benè etiam educentur,*

ducentur, ita demum ad uirtutem perueniunt? Pag. 15. εἰκότως. Neq; immeritò dubitare me dixi: nam & apud uulgus & apud ſapientes quædam uocantur in dubium, & quædam non apertè quam uim habeant, declarantur. Pag. 16. δῆλον. Conſtat igitur inquam, Nobilitatem, generis uirtutem eſſe. φανερὸν. De illis itaq; (inquam ego) conſtat, quæ antea in dubium uocauimus. Pag. 17. προαίρεσις. Electio, Felicitas. Pag. 18. δοκεῖ. Videtur autem mihi omnino, nulla eſſe ars, quæ non exiſtat. Abſurdum enim eſt, aliquid eſſe putare, quod non eſt. Pag. 19. εὖ τὸν. Bonum habere genium. Pag. 20. τὰ δὲ. Alia uero liberalia & fortia, & nobilia, ut Leo. γενναῖα. Generoſa, prudentia, ciuilia. μαθηματα. Dociliora. Pag. 21. σημεῖον. Indicium eſt, quòd alia animantia præter hominem, felicitatis expertia ſunt. καὶ γὰρ. Alioquin & Seruorum & aliorum quoq; animantium ciuitas eſſet: nunc non eſt: quia nec felicitatis ſunt capaces, neq; ex electione uiuere queunt. Pag. 22. τὴν. Bonum & ualidum corporis habitum. τὴν. Bonitatem morum. Pag. 23. τὸ ἐπαινε. Laudabile & honeſtum. σπουδαῖον. Bonum uerò genus eſt, in quo multi boni fuerint. ἔστι δὲ. Eſt autem ciuitas cùm generum, tùm pagorum communio. εἰς γάμους. Ad nuptias autem, uocant cognatos: his enim commune Genus eſt. ἔτι. Præterea quoniam Oligarchia, & genere, & diuitijs, & eruditione definitur, Contraria his nempe ignobilitas, paupertas, ſordidum opificium, popularia uidentur eſſe. Pag. 24. γνώριμος. Clarus. κατὰ. Magnitudine uel ſubſtantiæ & diuitiarum. uel nobilitatis uel uirtutis, uel eruditionis. εἰ τὸ πρῶτον. Si primùm deceptus eſt, qui impoſuit? Pag. 25. εἰ οὖν. Si itaq; per nomina quam maximè res cognoſcere poſſimus, poſſimus item per ſeipſas, utra erit melior & clarior diſcendi ratio? ex imagine ne diſcere & ipſam per ſe imaginem utrum probè aſſimilata ſit, ac tandem ueritatem cuius hæc eſt imago, an potius ex ueritate, & ipſam per ſe ueritatem, atq; ipſius imaginem, utrum decenter expreſſa ſit? οἶμαι δὲ. Arbitror ego ſanè, nomina artibus, ex ſpeciebus ipſis accipi atq; imponi. Abſurdum enim eſſet, ex

S 3 nomini-

nominibus rerum ſpecies prouenire, imò etiam impoſsibile. πολιτι. *Ciuilem facultatem, uel potentiam.* Pag. 26. προαίρε. *Eligibile conſultabile: eligibile, ſpontaneum.* εὐγενὲς. *Nobile eſt enim, quod ex bono genere ortum fuerit, Generoſum autem quod à ſua natura non degenerauerit.* Pag. 27. πολῖται. *Ciues enim cenſentur magis, Generoſiores, quàm ignobiles.* ὡς αὐτῶν. *Ipſum in ſe generoſum eſſe: concludens omnes eos eſſe benè natos, qui ingenitam uirtutem ſecum afferunt.* Pag. 28. τὰ δὲ. *Aliæ uerò generoſæ, feroces, inſidioſæ, ut Lupi.* Pag. 29. γαῦρον. *Splendidam originem habens.* λαμπροὶ. *Clari quidem genere.* Pag. 30. γενὲς. *Genus illuſtrius.* ὅσοις. *Quibus uerò clarum atq; illuſtre genus eſt.* οἱ κατὰ. *Qui genere præſtant, non putant alijs paria deberi, propter inæqualitatem illam.* ἔνδοξον. *Clarum, obſcurum.* ἐὰν δὲ. *Si uerò nulla maiorum claritas adſit.* ἔστι δὲ. *Eſt autem nobilitas, maiorum dignitas quædam.* προγό. *Maiorum uirtutem: antiquam uirtutem: generis uirtutem.* Pag. 31. τοδὲ. *Hoc autem non eſt uerum. Sed rectè aiunt, qui uirtutem antiquam proponunt.* πολῖται. *Ciues enim magis eſſe cenſentur Generoſiores, quam qui ſunt ignobiles.* Pag. 32. εὐδοξία. *Bona exiſtimatio.* καλὰ. *Honeſta uerò ſunt, ex quibus bona aliqua exiſtimatio naſcitur, atq; bonos aliquis glorioſus, in eis qui aliquid geſſerint.* πρέπει. *Hoc autem decet eos, quibus res huiuſmodi uel ipſorum uirtute partæ ſunt, uel à maioribus, ſiue ijs, quibuſcum aliqua neceſsitudine coniuncti ſunt, relictæ.* Pag 53. ποιεῖ. *Dignitas reddit homines magis conſpicuos.* πότερον. *Vtrum ſit conſentaneum, meliores eſſe naturas, in generibus nobilibus, an non? Alcib. Manifeſtum, quod in nobilibus.* Pag. 34. ἀξιοῦσι. *Putant enim ut ex homine hominem, & ex beſtijs beſtiam, ſic ex bonis bonum generari.* ἔτι διότι. *Præterea, quia ex melioribus meliores naſci probabile eſt.* ἔτι δὲ. *Præterea nemini eſſe obſcurum, qui ex bonis parentibus nati ſunt, eos conſentaneè ſuis maioribus fieri ſimiles.* ἀγαθὸν. *Bonum genus eſt, in quo multi boni fuerint. Fit autem tale, cum bonum aliquod principium eius extiterit. Etenim*

nim principium hanc uim habet, ut multa talia quale ipſum eſt præparet ſibi. φεῦ. Papæ, papæ, nobili ex patre naſci, quantam habet uim ad prudentiam, & quantam authoritatem. τέσορ. Hunc ego puerum modeſtum noui: Et cum benis uerſantem, coluiſſe pietatem, Quo pacto igitur ex tali corpore, malus, Naſceretur? Nullus hoc mihi perſuadebit unquam. Pag. 35. ὅσα φύσει. Quæcunq; aut natura aut arte efficiuntur, ab eo quod actu eſt: ἐκ τοῦ. ex eo quod eſt potentiâ tale, fit. τὸ μὲν. Semen itaq; tale eſt. καὶ. Et motum habet ac principium tale. ὥστε. Quare peracto motu: γίνεσθαι. Exiſtit unaquæq; pars, eademq́; animata. σκληρὰ. Dura igitur, mollia, lenta, rigida, & quæcunq; aliæ affectiones partibus animatis inſunt, à caliditate, frigiditatéue poſſunt effici: At ſpecies, qua iam caro aut os eſt, non poteſt: ſed à motu qui proficiſcitur ab eo quod genuit, quodq́; actu eſt id, quod potentiâ eſt id ex quo gignitur, efficitur: ut in artificioſis quoq; contingit. Pag. 36. τοιὸς γὰρ. Talis eſt mens hominum terreſtrium, quali lumine pater hominum Deorumq́; terras illuſtrarit. Pag. 37. Mouet enim quodammodo omnia, quod in nobis Diuinum eſt: Principium autem rationem mouens, non eſt ratio ipſa, ſed quiddam melius. Pag. 39. ἐμοίως. ut ſupra pag. 12. καὶ διὰ. Et propterea fortaſſe, olim Ciuitates regio imperio adminiſtrabantur: quoniam, nempe, rarò uiri magnopere præſtantes uirtute inueniebantur. ἀλλ. Sed commune quiddam quærentes, Remp. conſtituerunt. Pag. 40. ἔστι. Cenſetur enim nobilis, à uirtute generis. γενναῖον. Generoſum autem in eo cernitur, ſi à natura non deſciſcat: quod plerunq; non contingit nobilibus: nam plæriq; ipſorum, abiecti ſunt. Pag. 41. παῦροι. Pauci enim filij, ſimiles patri ſunt: pleriq; peiores: ἐξίσαται. Deficiunt autem familiæ quæ bono ingenio præditæ ſunt, ad mores inſaniores: ut qui ab Alcibiade Dionyſioq́; ſuperiore profecti ſunt: quæ uerò ſtabili, ad ſtoliditatem atq; ſegnitiem: ut qui à Cimone, Pericle, Socrate. Ευαγω. Facilis animi ductus, ad rationes & actiones. Pag. 42. κρεῖττον. Quod autem caret affectibus. melius eſt, quàm cui naturâ

naturâ ſunt inſiti : Hoc ipſum autem legibus abeſt : humanis autem omnibus animis adeſſe neceſſe eſt. Pag. 43. ὥσπερ. Quemadmodum uidemus regum filios, equeſtribus & politicis diſciplinis erudiri. ὡς οὖσαν. Ceu quædam peculiaris inſtitutio principum ſit. Pag. 44. τάυτα. Hæc reprehendunt homines, qui nullo diſcrimine, liberorum procreationi operam dant : Hinc enim genus humanum deterius ſubinde fit, cum nempe mali coniuges, bonis admiſcentur. ἔστι: eſt enim ut corporis, ita & mentis ſenectus. Pag. 45. ἢ ὅτι. An quia plurimum rationis habeat ? uoluptates itaq; & felicitatem quærit atq; affectat maximè : quod ſine iniuria fieri nequit. μεγαλο.. In magnis rebus improbi. Pag. 46. μικρο. In paruis rebus improbi. εὐγεν. Nobilitatis quidem mores ſunt, ut qui eam adeptus eſt, honoris cupidior ſit : Siquidem omnes cum ſuppetit aliquid, id accumulare conſueuerunt. Pag. 47. ἀναλύ. Reſolutionis. Pag. 48. ἰδία. Priuata uerò nobilitas, eſt aut à uiris, aut à mulieribus, & ab ambobus legitima origo. Pag. 51. τύχας. Fortuita bona uoco, nobilitatem, diuitias, potentiam. Pag. 52 Nobilem enim uocamus fortunatum, atq; omnino, cui talia bona extiterint, quorum ipſe non ſit dominus. ἀλλ᾽. Veruntamen, ne hinc quidem propriè, proſperitas duceretur : dicitur autem fortunatus, multipliciter. καὶ γὰρ. Nam & cui contingerit aliquod bonum agere, præter eius animum, fortunatum uocamus: &c. Pag. 53. ἡ δὲ. Bona autem fortuna, eos habet mores, quos antea ſigillatim explicauimus. καὶ ἔτι. Et præterea, bonorum magnamq; liberorum copiam, item quæ corporis bona ſunt, fortunæ proſperitas affert. Pag. 56. τοιοῦτοι. Huiuſmodi autem ſunt, qui Nobilitatem iactant : & ob eam, magnos ſumunt ſpiritus. Pag 57. ἀλλ᾽. Sed ſi rectè conſiderauerimus, legitimus, Idem qui bonus : Malus autem ſpurius. ὁ δὲ. Qui autem hominem iubet imperare, belluam adiungit. ὅταν. Quando igitur aliquis ipſe bonus eſt, non habet autem hanc naturæ facultatem, ut multos ſibi generet ſimiles, principij rationem ad poſteros non habet. ἀρχὴ. Principium generis tale eſt, & nobiles, à tali ge-

nere

nere oriundi. ὅταν. *Cum igitur unus talis, in aliquo genere fuerit, adeoq; bonus, vt uirtus ab ipſo in multas generationes transfundatur, hoc certe bonum genus erit.* ἀλλ᾽ ἐγώ. *Sed ego poſteris meis ero nobilitatis initium, & meum genus à me incipiet, tuum autem in te deſinet.* Pag. 58. ἰδία δὲ. *Priuata verò nobilitas eſt, aut à uiris, aut à mulieribus, & legitima ab ambobus origo: & quemadmodum in ciuitate, primos claros fuiſſe aut virtute, aut diuitijs, aut alia rerum illarum, quæ in honore ſunt: atq; multos ex genere fuiſſe illuſtres tùm viros tùm mulieres, tùm iuuenes, tùm ſenes.* ὥστ᾽. *Quapropter, non diuites, neq; boni, ſed qui à veteribus diuitijs, uel antiquis bonis deſcenderint, nobiles meritò habendi ſunt..* Pag. 59. ὁ πατὴρ. *Pater genuit bonum.* δι᾽ αὐτὸ. *Sed quia ex tali genere erat.* ἐπεὶ. *Sed quoniam tria ſunt, quæ de Reip. paritate certant, libertas, diuitiæ, virtus, (Nobilitas enim, quæ quarto loco numeratur duorum eſt comes.)* Pag. 60. ἐστὶ. *Etenim nobilitas, eſt ueteres opes, atq; uirtus.* εὐγενεῖς. *Nobiles eſſe putant, quibus maiorum uirtus, atq; opes inſunt.* Pag. 61. οὐκοῦν. *Atqui ſimiliter aliquis ita ſecum reputauerit, nō eſſe nobiles ex maioribus diuitibus natos.* οὐ δὲ. *Neq; ex bonis maioribus.* γένους. *Generis.* ἀρετῆ. *Virtus.* Pag. 62. καὶ γὰρ. *Atqui noſtrum genus ô Generoſe Alcibiades, in Dædalum etiam refertur: Dædalus autem in Vulcanum Iouis filium: Verùm Lacedæmoniorum & Perſarum maiores ab ijs incipientes, Reges ſunt ex Regibus, uſq; ad Iouem: illi quidem Argiuorum & Spartæ, hi uerò Perſidis ſemper, ſæpe etiam ut & nunc Aſiæ. Nos autem, maioresq; noſtri, Idiotæ fuimus.* εὐγενεία. *Nobilitas nanq; & uirtus in paucis reperitur: cum non ſint ullibi nobiles, & uirtuoſi centum.* Pag. 64. ὑπερβο. *Virtutis exceſſus quidam eſt, benè de omnibus mereri.* ὥστε τοῦτ᾽. *Quamobrem hoc erit ſummum hominis bonum. Nam etſi idem vnius hominis & ciuitatis bonum ſit, Ciuitatis tamen bonum & conſequi, & conſeruare, maius quiddam eſſe perfectiuſq; uidetur. Enimuero preclarum eſt ſi vni ſoli, ſed ...

ἁπλῶς. *Simpliciter.* πᾶν. *Totum ſiue omnino.* δίκαιον. *Iuſtum.* κυρίως. *Propriè* λέγῳ. *Pars.* μέχρι. *Secundum quid.* ἔχειν. *Habere ius aliquod ciuile.* Pag. 66. πανταχοῦ. *Vbiq;.* παρ' αὐ. *Domi uel apud ſe.* ἡ γάρ. *Nam Reſp. uita quædam eſt ciuitatis.* ἄγνοια *Ignoratio finis.* ἀφυΐα. *Naturæ inhabilitas.* ὥσπερ. *Quaſi aſpectum habentes, quo rectè iudicare.* τυράννι. *Tyrannico & herili.* Pag. 67. ὅταν. *Cum autem ſic loquuntur, nulla re alia, quam virtute & uitioſitate, liberum & ſeruum, nobilem & ignobilem definire uidentur.* διά. *Propter ciuitates, ipſos cives gloriam atque exiſtimationem adeptos fuiſſe:* πατρίδας. *Ciuitates ipſas.* ὃς ἄμ. *Quiſquis ſuapte natura procliuis ad bona fuerit, Nobilis eſt quamuis matre genitus Æthiope.* Pag. 68. ἡ φύσις. *Natura generis vniuscuiq; eſt patria.* Pag. 69. πολίτευμα. *Adminiſtratio.* Pag. 70. καὶ ὥσπερ. *Vt ſupra pag. 58.* εὐγενεῖς γάρ. *Vt ſupra:* καὶ ὁ πλοῦτος. *Diuitiæ non reddunt naſcentes, ſibi ſimiles.* Pag. 71. εὐγε. *Nobilitas eſt, generis uirtus,* ἔστι. *Eſt autem nobilis quidem, ex virtute generis.* ἔκπαλαι. *Ex maioribus longo tempore diuitibus.* δῆλον. *Conſtat igitur (inquam) nobilitatem, eſſe uirtutem generis.* Pag. 72. τῆς. *Virtutis enim præmium, eſt honor.* ὥσπερ. *Quaſi.* Pag. 75. ἀπό. *Ab eo quod eſt præmio honorare.* Pag. 76. αἱ γάρ. *Magiſtratus & diuitiæ, honoris cauſſa eliguntur.* μνήσομαι. *Recordor, qui me contemptibilem inter Argiuos fecit, Atrides tanquam aliquem inhonoratum aduenam.* καὶ γάρ. *Munus enim eſt, & poſſeſſionis largitio, & honoris indicium.* Pag. 77. εὐεργετικῆς. *Beneficæ.* εὐεργεσία. *Beneficentia.* εἴπερ. *Siquidem uirtus eſt facultas conferendi multa & magna merita erga omnes atq; in omnibus.* Pag. 78. πολλοί. *Multi enim propter res quæ paruæ uidentur honorem conſequuntur: quod accidit, propter modum, uel propter occaſionem.* Pag. 79. κατ' ἀλη. *Sed revera, ſolus bonus eſt honore dignus.* ᾧ δέ. *Cui autem utraq; contigerunt.* μᾶλλον. *Magis reputantur digni, qui honore afficiantur.* οἱ δέ. *Qui autem ſine uirtute huiuſmodi bona obtinent, neq; merito magnis honoribus*

noribus dignos ſe eſſe arbitrantur &c. ἅπαντες γὰρ. Omnes enim qui ciuitates uel gentes beneficijs demeruiſſent, uel demerendi facultatem haberent, hunc honorem adepti ſunt. ἔτι. Præterea ob accepta beneficia, reges conſtituebant: illud enim eſt, bonorum virorum opus. τῆς μὲν. Virtutis enim & beneficentiæ præmium, eſt honor. Pag. 80. καλα. Honeſta uerò ſunt, ex quibus bona quædam exiſtimatio, & illuſtris bonos emanaturus ſit in eos qui ipſa egerint. Reſp. verò quæ magis ad oligarchiam inclinant, Ariſtocraticas potius nominari nolunt. διὰ τὸ. Propterea quòd recta educatio, & nobilitas, magis ſint ditiorum comites. εὔπορω. Ditiores, bonos atq; honeſtos appellant. σχεδὸν. Ferè nanq; apud plerosq;, diuites bonorum atq; honeſtorum locum habere uidentur. Pag. 81. Neceſſe eſt enim, vt ex ijs quæ falſam bonorum ſpeciem præferunt, tempore aliquando uerum malum eueniat. ἀρετῆ. Virtute poſſeſſionis. τὸ μὴ. Non agere negligenter, nec omittere quicquam. Pag. 82. ἐπαινοῦμεν. Laudamus enim non modo bonos, ſed intelligentes etiam & ſapientes. Pag. 83. κατάπερ. Regnum itaq; (vt ſupra diximus) Ariſtocratiam imitatur. Tribuitur enim propter merita uirtutis propriæ, aut generis &c. Pag. 85. τὰ δὲ. Laudabilia uerò vt uirtutes: ab actionibus enim quæ ſecundùm illas fiunt, naſcicur laus. οὐκοῦν. Igitur etiam uirtus honorabile bonum eſt. ὅταν. Quoniam per ipſam, bonus vir fit. ἔπαι. Laudes tribuuntur virtuti, propter opera: & encomia etiam ipſis operibus. καὶ. Et coronantur victores. ἀλλ᾽. Non autem ij, qui cum poſſint uincere: μὴ. Non uincunt tamen. ἐπεὶ δὲ. Quoniam autem laus ex actionibus naſcitur, proprium autem boni uiri eſt &c. Pag. 86. πρὸς. Ad nos relatæ. ἐπεὶ. Quoniam laudamus etiam eum, qui nihil adhuc dignum laude geſſit, ſi exiſtimemus, talem eſſe. τὰ δὲ. Opera uerò habitum indicant. διὸ καὶ. Quapropter agentibus, Encomia tribuimus. Pag. 87. ἔστι. Eſt autem laus, oratio explicans magnitudinem uirtutis. ἐν μέτροις. Verſibus. ἄνευ. Sine uerſibus. Pag. 88. τὸ δὲ. Honorabile

m, quod principium. δῆλον. *Perſpicuum eſt, rerum præſtantiſſimarum non eſſe laudem, ſed quiddam laude maius & melius. Nemo enim Deos, uel felicitatem laudat, vt u. g. iuſtitiam: ſed ut præſtantiora & diuiniora quædam bona ſuſpicit.* διὰ. *Quamob cauſſam felicitas non laudatur.* ὅτι. *Nam huius gratiâ ſunt alia bona omnia: uel nempe ſunt eius pars aliqua, uel alio quodam modo ad ipſam relata.* πρὸς. *Ad illum enim reliqua omnia referuntur.* φαίνεται. *Videtur id omne quod laudabile eſt, ideo laudari, quòd ſit cuiuſdam modi, & ad aliquid quodammodo relatum.* καὶ. *Et ad aliquod bonum, uel præſtantiam aliquam eſſe affectum.* ἔργον. *Opus ipſum atq; ipſa uirtutis actio.* τότε. *Nam hoc ipſum quod eſt benefacere, & benè uiuere, eſt id ipſum eſſe felicem: eorum autem vtrunq;, operatio quædam eſt, & uſus.* Pag. 89. οὐκοῦν. *Igitur etiam uirtus honorabile bonum eſt: quoniam per ipſam bonus uir fit: is nanq; in uirtutis habitum penetrat.* τιμίων. *Honorabilium.* ἐπαινετῶν. *Laudabilium.* ἐγκωμιάζων. *Qui Encomium inſtituit, laudat.* μέγεθος. *Magnitudinem.* εὐδαιμονισμός. *Felicitatio.* μακαρισμός. *Beatificatio.* Pag. 91. ὕμνος. *Hymnus.* Pag. 94. ἰατρὸς δὲ. *Eſt autem ac dicitur medicus, tùm qui operatur, tùm Architectus ipſe, tùm etiam qui peritus eſt in arte medica.* Pag. 96. πολλὰ. *Multas contineat uirtutis partes.* μάλιστα. *Præcipuè honoratur Fortitudo à Rebuſpublicis.* τιμῶσιν. *Honorant non quæ ſimpliciter optima ſunt, ſed quæ ipſis ſunt optima.* Pag. 97. οὐχ ὡς. *Non ut Finis omnium ſummus.* ἀναγκ. *Neceſſaria magis, non tamen magis honorabilia.* Pag. 99. δοκεῖ. *Videtur autem ſcientia de anima, ad omnem ueritatem conferre plurimum: maximè uerò ad Phyſiologicam: Siquidem anima, principium eſt animalium.* Pag. 100. αἱ δὲ. *Actiones humanæ, ab ira & cupiditate proficiſcuntur omnes.* Pag. 106. καὶ τὰ. *Et quæ ſunt eximia: quia bonor ita ſuppetit magis.* Pag. 107. καὶ νίκη. *Victoria quoq; & bonor ſunt ex rebus honeſtis: expetuntur enim, etiam ſi nullum afferant fructum: & uirtutis exceſſum quendam oſtendunt.* καλλίστων. *Pulcherrimarum.*

rimarum. δύναμις. Vt ſupra. ὑπερβολή. Exuperantia quædam uirtutis eſt, omnibus benefacere. Pag. 110. Εὐγένεια. Ac nobilitas quidem gentis & ciuitatis eſt, indigenas ipſos aut antiquos eſſe, & primos duces illuſtres, atque ex ijs multos ortos in ijs rebus quas æmulamur, illuſtres. Pag. 113. ἴδια. Vt ſupra pag. 58. πολλούς. Vt ſupra pag. 58. τὴν εὐγένειαν. Nobilitatem etiam deformium coniugum, Liberorum gratiâ multi colunt, Et dignitatem magis, quam pecunias ſpectant. Pag. 115. ἀραιοσαρ. Rarocarnoſiorem homine. θερμό. Calidiorem. τ ἀνδρός. Homine calidiorem. Pag. 116. γράφοντες. Pingentes eam, non modo fœmineâ ſpecie, (quanquam hoc ſatis erat, ad eius amentiam ſignificandam) πρώτη. Prima aberratio eſt, fœminam generari non marem. ἀλλ᾽. Verùm, hæc naturæ neceſſaria eſt. Pag. 117. καὶ τῶν. Et eorum qui naturâ ſunt meliores, opera quoq; & uirtutes pro pulchrioribus habentur: u. g. viri uirtutes & opera pulchriora, quàm fœminæ. καὶ ἄλλως. Alioquin etiam, animal hoc, mores non habet æquè uenerandos, ac maſculinum. Pag. 122. καὶ τιμὴν. Honor quoq; parentibus exhibendus eſt, quemadmodum & Dijs: non omnis tamen parentibus: nam neq; idem patri, qui matri debetur: Neq; uerò ſapiente aut imperatore dignus honos, ſed paternus, itemq; matri maternus. θεῶν. Ex Dijs ab utroq; ſtirpe natam, quiſquam dignum putabit appellari ſeruam? Pag. 123. καὶ τιμή. Et honor ac bona exiſtimatio, rerum ſunt iucundiſſimarum: quia phantaſia cuiq; excitatur, ſe talem ac uirtute præditum eſſe: idq; etiam magis cum ij aſſerunt, quos uera dicere exiſtimant: eiuſmodi autem ſunt, uicini potius, quàm longinqui, & familiares, & noti, & ciues, quàm externi: & qui ſunt, quàm futuri: & prudentes, quàm imprudentes: & multi, quàm pauci: quia hos uera dicere ueriſimilius eſt, quàm contrarios. Pag. 124. καὶ καθίσ. Et Rex ipſe, ex numero proborum uirorum creatus eſt, propterea quòd uirtute, aut rerum uirtute geſtarum magnitudine præſtaret, uel propter talis generis excellentiam. ἀρχικόν. Nam ſa-

tes, eſt eius qui imperat, propria : οὐκ ὄστιν. *Non prudentia, ſed uera potius opinio quædam, uirtus eſt.* Pag. 125. πῶς. *Quodammodo affectus agat.* δεῖ δὲ. *Itaq; curare debet, ut ſi non cæteras uirtutes, at certè ciuilem habeat, & talem de ſe opinionem faciat.* Pag. 126. ἀλλὰ. *Sed maximè in his rebus modeſtè ſe gerere debet, aut ſaltem de ſe cæteris facere opinionem modeſtiæ.* φανερὸν. *Perſpicuum eſt quoque, eum qui diſtribuit afficere iniuria, non autem eum ſemper qui plus habet, non enim ſtatim cui iniuſtum aliquid ineſt, is iniuriam facit.* ἧττον. *Nimirum benè agere, nobilitati præſtat.* αἱρετο. *Præſtat autem, ſi quis ipſe ſit uirtuoſus, quam ſi auum, aut alium ex maioribus talem habuerit.* Pag. 128. ἐνίων. *Quibuſdam autem rebus deſtituti nonnulli, ut nobilitate, bona prole, pulchritudine, felicitatem maculant : non enim felicitatis admodum compos eſt ille, qui uel deformis prorſus, uel ignobilis, uel ſolitarius ſiue prole carens, eſt.* διὰ τὸ. *Quoniam hæc, interuallo temporis remota magis, quàm propinqua, dignitatem afferunt, & ad gloriandum ſunt idonea.* οὐ τοὺς. *Non eſſe nobiles ex maioribus olim diuitibus natos, neq; ex bonis iam longo tempore. Virtus enim recens, antiquiori melius quiddam eſſe uidetur.* καὶ μετέ. *Et unumquenq; plus à patre ſuo, quam ab abuo accepiſſe-* Pag. 131. ἐπὶ τὸ. *Et nullam operoſam artem exercere, quia ingenui hominis eſt, alteri non uiuere.* ὡς ὄν, τι. *Tanquam ſit genus quoddam hominum ſimpliciter nobile ingenuumq;.*
Pag. 132. οὐ γὰρ. *Neq, enim iuſtum eſt, ſeruum cum ingenuo comparatum eadem pati : nam ſi ſeruus ingenuum percuſſerit, non eſt iuſtum ut ille uiciſſim tantundem percutiatur, ſed impenſius : iuſtumq; erit, pro proportione uiciſſim reſpondere. Vt enim ingenuus, reſpectu ſerui melius quippiam eſt, ita factum, facto uiciſſim compenſare melius, oportet.* οὐ γὰρ. *Non enim poteſt curam & operam intendere in ea quæ uirtutis ſunt, is qui uitam in arte ſordida mercenariaq; degit.* Pag. 133. ἂν μὴ. *Niſi multitudo ſit admodum ſeruilis.* Pag. 135. διῃρημένων. *Diſtinctis autem inter ſeſe uitæ conditionibus, felicitatem in illis non collocant, quas neceſſariarum duntaxat gratiâ*

expeti

expeti contendunt: Dico autem ut artes odioſas, & quæſtuarias, atq; mechanicas: Odioſas uoco, quas gloriæ duntaxat cauſsâ exercent: Mechanicas, nt ſellularias & mercenarias: quæſtuarias autem, forenſes & cauponicas. διὸ οὐ. *Quapropter neq; nutriens, neq; appetens facultas, hominis propria debet exiſtimari.* Pag. 136. τὰ μὲν. *Opera igitur eorum, qui in hunc modum ſubditi ſunt, diſcere, nec uir bonus debet, nec ciuilis, neq; omrino ciuis probus: niſi forte ad ſuum ipſius uſum.* ἔςι. *Scientijs autem quibuſdam liberalibus operam quadam tenus impendere, non eſt illiberale: ſed qui hoc facit aliorum cauſſa, is ſæpe mercenaria ſeruiliq; opera fungi, uideri poteſt.* Pag. 137. οὐκ. *Non ſeipſo ſufficiens.* αὐτάρ. *Ciuitas enim eſt, quippiam ſeipſo ſufficiens.* Pag. 138. τῶμ. *Quam quæ nunc homines opinantur.*

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

LIPSIÆ.

Iohannes Rhamba excudebat

ANNO

M. D. LXXII.